

02 H 1249





D. O. M. A.

DISQVISITIO THEOLOGICA  
De Problemate:

AN ET QVIS  
SIT VSVS RATIO-  
NIS HVMANÆ IN MY-

STERIIS DIVINIS SEU FIDEI  
ARTICULIS,

*Opposita abusui ejusdem à Calvinianis hæcte-  
nus introducto,*

ET

IN ILLUSTRISCHOLA HALENSI  
Exercitij publiciloco PROPOSITA,

PRÆSIDE

M. SIGISMUNDO EVENIO

RECTORE,

*Respondentibus*

TOBIA MOLLERO, SPANDOA-MARCHICO.

&

TILEMANNO OLEARIO, HAL. SAX.

Justin. in expositione fidei fol. 299.

Ὁυ ἔστι κομψόν, οὐ ὑπέρογκον, ἔ μεγαλαυχίας ἐχονδ' ὑπόδειξιν ἐφαρ-  
τάδαμεν. Ὅσον δέ εὐσεβέσ μάλλον ἢ πρέπον τῇ θείᾳ γνώσει.

*Nihil quod adscitum ponderosumq; sit, aut, quod jaētantie osten-  
tationem habeat in animo nostro sumus imaginati, sed potius id  
quod vera pietatis est & cognitioni divinae congruit.*

Habebitur d. 25. Aprilis horis ante & pomeridianis,

Halæ Sax. Typis Petri Fabri, impensis Ioachimi Krusicken. An. 1617.

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT  
LEIPZIG

AM 10. JUNI 1912

ST. V. 8. V. 12

MIS. H. V. M. A. 1. 1. 1.

AL. SIC. 1. 1. 1.

AL. SIC. 1. 1. 1.

MIS. H. V. M. A. 1. 1. 1.

AL. SIC. 1. 1. 1.

MIS. H. V. M. A. 1. 1. 1.

AL. SIC. 1. 1. 1.

MIS. H. V. M. A. 1. 1. 1.

AL. SIC. 1. 1. 1.

MIS. H. V. M. A. 1. 1. 1.





## THESIS I,

**S**I, quod Justinus Martyr in exposit. fidei m. pag. 304. de se pie admodum ac religiosè profitetur, omnes Christiani involuti questionibus animi dubij existentes, de mysteriorum miraculis exclamarent, ὅτι ὑπὲρ νόον, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ κατὰ φύσιν κτισθῆς φύσεως τὰ ἡμέτερα, quod res nostræ seu divinæ longè supra mentem, supra rationem, supra conditæ naturæ sint captum; Si inquirentibus inexplicabili ambiguitate incessente ἐτοίμην λύσιν τὴν πῶσιν promptam illam solutionem FIDEM afferrent: haud admodum fortè an disquisitione de Ratione ejusq; in S. usu mysteriis foret opus.

Quæstio I.  
An & cur  
necessaria  
sit hæc dis-  
quisitio?

2. Hæc enim vel cum Ezechiele humilimè responderet, Ezech. 37. v. 5: Domine DEUS, tu nosti, ἔτι αἰδεσθησομένη ὁμολογεῖν τὴν ἀγνοίαν, nihil verita doctam fateri ignorantiam & candidi animi verbum proloqui Nescio; vel cum αἰετῶ ἀσθενῶ χριστοτόκῳ: Ecce ego ancilla Domini, FIAT secundum verbum tuum, τοῖς γὰρ θείοις πρῶτον εἰσεβῆσθαι αὐτοῖς καὶ σώφρονος, modeste ibidem Justinus addit, Rebus divinis quasi viâ decedere, viri pij est atque prudentis.

3. Jam verò cum non modò Sacras literas nullo modo liceat legere, quin adhibeamus mentem & judicium & Rationem, tanquam ministram Intelligentiæ; alioqui enim non esset legere sed ludere puerorum more, qui

grandia trutinant verba sine ullo sensu, uti loquitur Ludovicus Vives Tom. 2. lib. 3. de veritate fidei fol. 409: Sed hac insuper Ratio haud raro accerrimus DEI fiat hostis, eum contemnens; ejus Sapientiam, Justitiam, Virtutem, Veritatem, Misericordiam, Majestatem & Divinitatem negans, & sic fons omnium existens malorum, uti de ea conqueritur B. Lutherus Tom. 4. in Genes. fol. 75: Necessitas Legem nobis imponit, ut de illius & vero usu & pravo abusu in sacris breviter dispiciamus.

II.  
Unde nomen Rationis?

4. Quod ipsum ne συγκεχυμένως, ἀλλὰ Διὰ ξένου ad captum ac edificationem nostrae Juventutis fiat, terminorum νόησις breviter est pralibanda. Certā enim ac recte constitutā nominis significatione, disputatio absq; ullo impedimento procedit & nullum ambiguum quesitum interrumpit, juxta Theodoretum Dialog. 2. fol. 314.

5. Nomen Rationis videtur esse ab Hebræo Rhodh, quod firmum ratumq; esse ac vires acquirere vel etiā dominari significat; Quo posteriore significato etiam vox Rhadab occurrit, unde illa nostra vernacula, Kath/ Kathen fluxerunt; convenientissima appellatione. Tanta n. hujus in homine vis est, ut pondere apud nonnullos fidē vincat prodigiorum; hæc n. in controversiam vocari aliquando possunt atq; etiam in calumniam: Ratio in oculos atq; in ipsum animum ut lux se ingerit, omnia pervadit ac vincit, modo ne quis venientem excludat & velut oculos claudat ad splendorem, Ludovicus Vives Tom. 2. lib. 1. de veritate fidei fol. 293. Unde eam hominis gubernatricem vocat Theodoretus Tom. 2. pag. 579. Plato Aurigam, qua non homo quilibet solum regitur, sed unius etiam hominis presidio multitudo. Cælius Rhodig. lib. 24. c. 30. fol. 1150. Græci λόγον & διάνοιαν appellant, ut præpositio

fitio, autore Scaligero exerc. 307. sect. 5. *declaret motus tractum & transmissionem ipsius τῆς ὁμοειδίας*. Tullius agitationem mentis, quod comprehendat hanc potestatem simul & facilitatem apprehensionis. Ingenium Majores nostri nominarunt, ut iudicarent τὸ πνευματικόν, quod naturalem aptitudinem Cicero interpretatur. Scal. ib.

6. Significata τῆς λόγῃ ab Athanasio Episcopo Alexandrino tria recensentur in oratione contra Idola fol. 29: 1. *Quæ singulis, cum sunt, implicita est & congenita, quam nonnulli etiam seminalem appellant, in animatam & nulla ratione, nulla mente pradam.* 2. *Qualem habet rationale genus hominum.* 3. *Boni illius Numinis Dei, omnium vivum verbum; Ratio diversa à rebus genitis & ab ijs, qui sunt in rerum natura segregata, propria & unica boni illius Patris Ratio Bona, Dei Potentia, Dei Sapientia &c. Equibus media idiomata sic appellata hujus est loci.*

7. *Quæ hoc loco autem non, quatenus hominis est forma intelligenda est, de actu primo essentiali ac constitutivo, sed de actu secundo potius & consecutivo, quomodo D. Augustinus in lib. de Spiritu & anima. Eam ab Anima & cognatis facultatibus distinguit: Anima, inquit, cum corpus animat vitæq; imbuat Anima dicitur: Dum vult Animus: dum scientiâ ornata est ac judicandi peritiam exercet, Mens: dum recolit, atq; reminiscitur, Memoria; dum ratiocinatur ac singula discernit, Ratio: dum contemplationi insistit Spiritus: dum sentiendi vim obtinet, Sensus dicitur, quæ omnia anime officia sunt, quibus potentiam suam declarat suasq; actiones exercet. Quamvis idem Augustinus lib. de verbis Apostoli Serm. 25. ab intellectu etiam ean-*

III.  
Quæ signi-  
ficata?  
τῆς λόγῃ?

IV.  
Quæ co-  
gnata Ra-  
tionis?

dem voluerit distinctam, quando inquit: Aliud est intellectus, aliud ratio. Nam & rationem debemus, antequam intelligamus, sed intelligere non habemus, nisi rationem habeamus: Cum quo aliàs coincidit, vel modo saltem differt.

8. Hanc Johannes Damascenus lib. 2. Orthod. fidei cap. 21. definit κίνημα τῆς ψυχῆς τῷ Διλογιστικῷ γινόμενον ἀνευ ἰνὸς ἐκφωήσεως, Motionem animæ in cogitativo consultativoq; intellecta sine ulla enuntiatione, qua, uti Commentator addit, mens nostra agitur, ut ex certis & notis dubia ignotaq; disquirat. D. Augustino lib. de Spiritu & lit. cap. 1. Est aspectus animi quo per se ipsum intuetur verum. Scaligero exercit. 307. sect. 5. Vis animæ, qua movet se ab effectibus ad causas investigandas & vicissim à causis ad ea quorum illæ causæ sunt & c. seu est collationis progressio ab uno in aliud vel alia, Ludovicus Vives lib. 2. de anim. p. 521. Ideò etiam discursus & reputatio dicitur, quod, sicut in vite putantur Sarmenta inutilia, ita in ratione, ut solùm utile retineatur purum (quod dicitur) & putum, quoad ejus quidem prestari possit. Id ib. Et hanc Aristoteles vocat, ὀρθὸν λόγον Rectam rationem τὸν ὀρθὸν μεσότητων, terminum quendam mediocritatum, lib. 6. Nicom. cap. 1. Et secundum hanc agere dicit esse, ὅτι ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς μὴ κωλύη τὸ λογικὸν ἐνεργεῖν τὴν αὐτῆς ἐνεργεῖαν lib. 2. magnorum moralium. cap. 10.

9. Theologi recentiores Rectam rationem dicunt esse veram notitiam voluntatis & operum Dei, & ordinis judiciiq; divini à DEO menti humanæ inscriptam, quæ magis magisq; accenditur & illustratur,



stratur, tum opificij & providentiæ DEI contemplatione, tum exercitio virtutum intellectualium & moralium, ut homini in serviat & in censura creaturarum operumq; DEI & in officijs, Ecclesiasticis Politicis, Oeconomicis, Ethicis. *Cujus definitionis fundamenta satis evidentia habentur*, Rom. I. 19. 20. & cap. 2. 14. I. Cor. II. 14. 15.

10. *Causa efficiens hujus est ipse Deus, qui* VI. *ἐφανερώσῃ, hæc omnia manifestavit. Rom. I. 19. Ἐ λόγῳ* Quænam *potissimum ille æternus, qui uti omnes illuminat homines,* Rationis *ita hujus quoq; luminis in ratione existit causa. Qui* causâ efficiens? *universa vivificat Dei Filius Ἐ omnibus vita est, hic ipse* *rationale quoq; illuminat animal, ait Cyrillus lib. I. in* *Johan. cap. 7.*

11. *Forma ac Norma Rationis sunt principia naturalia seu Noticiæ, ut Dn. Philippus eas finit, à DEO* VII. *natura mentis humane insita, veluti radij lucis Ἐ Sapi-* Quæ forma? *entia divina, ut sint testimonia de DEO ejusq; voluntate, Ἐ discernant nos à bestiis Ἐ regant vitam, gignant honestas artes, scientias ac disciplinas, quarum usus in vita necessarius.*

12. *Has normas adeò commendat Seneca epist. 77. ut eas optimum in homine censeat, quo antecedit animalia cetera, DEO verò obsequatur. Ratio perfecta (inquit) proprium hominis bonum est, cetera illi cum animalibus satis superq; sunt communia: hæc recta Ἐ consummata felicitatem hominis implevit. Consummata DEUM habet scopum, in quem cognitiones omnes Ἐ actus dirigit, quo omnis ipsius tendit conatus, uti Seneca mentem explanat, Cælius Rhodig. lib. 9. cap. 19. folio*

414:

13. Hinc

IIX. 13. *Hinc de Fine rationis facile constabit. An-*  
*Quis finis Rationis?* *madverso*, inquit D. Athanasius lib de humanitat. ver-  
bi pag. 37. *homines conditione natura sua perpetuo subsi-*  
*stere non posse, majus quiddam illis elargiturus Deus, non*  
*simpliciter, sicut reliqua in terris animantia, quae bruta*  
*sunt, humanum genus creavit, sed ad suam ipsius imagi-*  
*nem illud effiguravit, deditq; illis suae Rationis dotem,*  
*ut velut umbras quasdam ac lineamenta rationis possi-*  
*dentes, rationales effecti perseverare possent in bea-*  
*titudine, viventes veram & revera sanctorum in Para-*  
*diso vitam.* Et rursus pag. 38: *Deus non solum nos ex*  
*nihilo fecit, sed & donum rationis, quo secundum*  
*DEUM viveremus, nobis concessit.*

1. 14. *Data ergo homini est Ratio, ut in beatitudi-*  
*ne, in qua creatus erat, perseveraret & beatissimam se-*  
*cundum DEUM in Paradiso vitam viveret. Idq; inte-*  
*gra cum adhuc essent omnia potissimum; Jam vero post*  
*lapsum pro dolor κατὰ δεύτερον πλῆν, secundam, quod a-*  
*juut, navigatione, data homini est ratio juxta Vivem.*  
2. *lib. 2. de an. fol. 522. ad inquirendum bonum, ut id*  
*voluntas amplectatur; bonum enim bruti apertum est,*  
*nempè in corpore, nostrum verò in mente occultum; Ideoq;*  
*nobis opus fuit vestigatione veri in tenebris, imò hæc sola*  
*inter nos & repugnantes relicta est, tanquam via, qua*  
*insistamus ad aliquam vestigationem veritatis. Et hanc*  
*investigationem ac dijudicationem Scriptura quoq; in-*  
*culcat Psal. 32. v. 9: Nolite fieri sicut equus & mulus, qui-*  
*bus non intellectus. 1. Cor. 10. 15: Ut intelligentibus lo-*  
*quor, judicate vos, quod ajo. Et cap. 11. v. 13. 14. 15:*  
*Apud vos ipsos judicate, num decorum sit mulierem non*  
*opertam Deum orare?*

15. Pre-

15. *Præter hosce duos tertium adijcit finem Paulus Rom. I, v. 19: τὸ γνωστὸν, inquit, τῆ θεῶ φανερόν ἔστιν ἐν ἀποστολῇ, ὁ γὰρ θεὸς ἐφανερώσατο. Quid autem sit illud τὸ γνωστὸν, explicat versu sequente, ἀποστολῆ. Scilicet τῆ θεῶ δυνάμει καὶ θεοότητι, æterna DEI potentia ac divinitas. Super qua verba ita commentatur Theophylactus: De DEO, inquit, aliud quidem cognosci non potest, ut ipsa essentia; aliud verò cognosci potest, ut omnia, quæ sunt circa Essentiam, nempe Bonitas, Sapientia, Virtus, Potentia, Divinitas sive Majestas, quæ invisibilia D. Paulus nominat, intellecta quidem ex operibus. Græcis itaq; (pergit Theophylactus) monstravit id, quod de sese cognosci posset, sive quæ circa essentiam ejus sunt omnia, quæ ἔστιν ὀφθαλμοῖς quidem sensibilibus invisibilia sunt, Mente verò comprehensibilia propter concinnam in operibus ordinationem. Hæc Theophylactus. Cognitio proinde DEI, quid ἔστιν qualis sit, ut fructus quidam celebratur Rationis humane.*

16. *Quæ cum vel non sequitur, vel abusu pravo corrumpitur, Veritate seu nomine DEI (ita enim Theodoretus interpretatur) in Justitiâ detento, ἔστιν DEO cognito non glorificato, quartus tandem Rationis finis emergit, ut scilicet hominem reddat ἀνδραπολόγητον inexcusabilem Rom. I, 20: Deus enim postquam vidit, homines nec per opificium ad effectorem velle deduci, neq; vi rationis inditâ meliora in rebus agendis eligere, deteriora autem fugere, illos tandem providentiâ suâ privat, pœnis ἔστιν temporalibus ἔστιν æternis eos coercens. Vide Theodoretum in cap. I. ad Rom.*

17. *De hacce ergò Ratione seu Mentis motione, ea, quæ discuntur, distingvendi ac connectendi potente,*

B

Aug.

IX.

An Ratio  
in fidei ar-

*Aug. lib. 2. de ordine queritur: An in Mysteriis divinis  
seu fidei Articulis locum inveniat? Quam Quæstio-  
nem Generalem ac indeterminatum esse, nihil hominis ad  
DEUM salutarem conversionem viresq; in ea Liberi arbi-  
trij attinentem, per se manifestum est. Id quod probè  
volumus notari?*

*18. Pro cuius autem Negativa multis pugna-  
tur. Nobis affirmativa potius arridet, quam sequen-  
tibus stabilitam dantes rationibus.*

*19. I. Origo Rationis seu Mentis humanæ,  
Est enim veluti radius, quem DEUS de fonte illo perenni  
sue lucis in humanam mentem derivavit. Ludovic. Vi-  
ves lib. 1. de Verit. Fidei p. 290. Hinc Gregorius Na-  
zianzenus oratione tertia in Sanctū lavacrum f. 292.  
Hominem ipsum Lumen appellat propter rationis vim,  
quæ in eo esse deprehenditur, qua DEO est similis eiq; ap-  
proximat. Hic rivulus è fonte DEI (erudite differit  
Ludov. Viv. l. d.) quò amplior manat, eò decurrit ple-  
nior; quò est prior, eò purior: Ut, cum malignus fluit  
& canosus, evidentissimum signum sit, longè à fonte suo  
discedere, parumq; illi supeditari ex sancto illo humore.  
Quò enim ratio est apertior & dilucidior, hoc propinquo-  
rem & conformiorem Origini suæ DEO esse manifestum  
est; quò minor & obscurior, tantò longius discedere ac  
proinde dissimiliorem fieri. Quod si propinquior sit, me-  
lius ac facilius cernet divina, quæq; sunt vera DE DEO.  
Quod si ergò πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δῶρημα τέλειον ἀνω-  
θεν ἴσθι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν Φώτων. Jacob. I. v.  
17; Ratio autem tale quoddam est donum optimum ac pre-  
stantissimum, uti ex superioribus constat: à DEO illam  
esse & Sacris proinde conformem literis esse necesse est.*

*20. Dices: Hæc omnia de illo hominis statu intelli-  
genda*

genda, quando è manibus egressus fuit sui opificis, ἐν δὲ  
καίρῳ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, Ephes. 4. 24. ubi men-  
tē illius incredibilis fulgor lucis opplebat, monstrans ipsi,  
quicquid expediret: Aliam verò esse rationem illius, ubi  
separans se à Deo lapsus est in hanc calamitatem, obscu-  
ratà luce illà, menti q̄ cecitate & caligine obductà, ut nec  
vera nec utilia satis perspiciat: Et si quādo intueatur, con-  
festim oborta nubes vel affectuū vel ignorātia vel inconsti-  
derationis densissimæ conspectū omnē ipsi adimat. Viv. l. d.

21. Respondeo: Negari haud posse, lapsu illo tri-  
stissimo tenebris obscuratum hominis esse intellectum,  
Eph. 4. 18. Ut stultitia ipsi divina sint mysteria, 1. Cor.  
2. 14: Sed non protinus Ratio est illa, que armata est  
contra verum & pium, quod à mente Dei & nostra profi-  
ciscitur, & rationis specie quadam contegitur, sed rationis  
inane si mulachrum: nec rivus ex divino fonte, sed aqua  
cœnosa, ex lacunis dimanans nostræ cœcitatīs. Pulchrè  
D. Augustinus: Ratio non est dicenda aut existimanda,  
nisi vera & cujus vita per omnia congruit veritati. lib. De  
quantitate animæ. Rationis ergò umbra & imago pugna-  
re potest cum pietate, ratio ipsa non potest, & illas umbras  
levi momento lux nostra dispellit. Vives l. d.

22. Et hinc II. nobis exurgit stabilimentum, Har-  
monia seu consensus Rationis ac Veritatis suavissi-  
mus ac perpetuus. Ab eodem fonte verum & Ratio sca-  
turiunt, idemq̄ Deus Lux est & Rationis & Veritatis (piè  
scribit Viv. l. d. p. 290.) ut cum ipse contrarius sibi metip-  
sī nō possit esse, nunquā vera ratio, quantacunq̄, hominū aut  
demonū calliditate atq̄ astutiā pervertatur atq̄ obscure-  
tur, Veritate possit repugnare: Mutuò se potius adjuvantes  
fulciunt, ut per rationē facile perveniatur ad veritatem,

X.

An Ratio  
post lapsū  
etiam sit  
Dei donū?

XI.

An Ratio  
& veritas  
consenti-  
ant?

*per hanc autem ratio purgetur. Hinc Felix Episcopus & August. lib. 3. de Baptif. cap. 6. Consuetudini, quæ juxta Cyprianum ad Pompejum contra Epistolam Stephani, sine veritate vetustas erroris est, utramq; vult oppositam, cum inquit: Nemo consuetudinem Rationi & veritati preponat, quia consuetudinem Ratio & veritas semper excludunt.*

23. *Quod si nihil fide nostrâ est verius, quid rationes reformidamus? quarum nulla est contra nos, omnes stant à nobis, Non metuendum est nobis, ne pietas nostra detractis velamentis feditatem ullam oculis contuentium ostendat. Metuant hoc alie religiones false atq; Umbratiles, in quibus nihil est solidi, ideoq; attingi se non sinunt. Judæus gravatur cum Christiano de lege sua conferre, Mahumetes de secta sua disputari omnino vetuit. ne vitrum tenuissimum, falsum, inane levissimo contactu statim friaretur. Nostra Religio intus etiam est quàm exterius formosior, solidior, firmior. Accedat quivis, tractet, agitet, scalpat, modò cum ingenio & judicio: Thesauros invenies latentes sub specie egestatis, sapientiam in simplicitate, divinitatem in humanitate. Vives l. d. pag. 291.*

24. *Hinc Christus Veritas ipsa Joh. 14. 6. (quod III. assertionis nostræ sit firmamentum ab exemplo hujus aliorumq; Sanctorum petitem) Deiq; Patris simul λόγος Joh. 1. 1. Sermo & Ratio, uti D. Athanasius in orat. contra Idola p. 30. interpretatur Rationibus egit cum Judæis: ad ijs persuadenda quedam, quibus satis non erat tanta admirabilium rerum multitudo & varietas: se non habere demonium, quia omne regnum in se divisum desoletur, Matth. 12, 25. Luc. 11, 17: Quod Sabbato egroti quoq; sint curandi, Matth. 12, 11: quia ovi-*  
cula

cula curam agamus die Sacra: quod resurrectio sit futura mortuorum, quia DEUS vivorum sit DEUS, Matth. 21. v. 31, 32: Ut & Discipulis providentiam divinam persuadet ratione à volatilibus cæli, pilis capitis, germine agri ducta. Matth. 6. v. 26. 28. 30: Veritatem resurrectionis & corporis sui à partibus, quia carnem & ossa habeat, Luc. 24. v. 39:

25. Hujus vestigia legerunt magna fidelitate Apostoli, & inter hos D. Paulus, qui, quamvis τὸν ψυχικὸν ἀνθρώπων à perceptione mysteriorum Spiritus DEI releget 1. Cor. 2. 14: Ipse tamen συνεβίβαζε, id est, invicem conferebat & Veritati consentanea monstrabat (non bruto certè sed rationali iudicio) Scriptura V. T. dicta de Christo, quod is esset verus Messias, confundendo Judæos Adversarios Act. 9. v. 22. Hinc Tito suo precipit cap. 1. v. 9. ut, potens sit adhortari per doctrinam sanam & τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, contradicentes argumentis seu rationibus convincere. Et Hebr. 11. 3. Fide intelligimus νοῦμεν perfecta fuisse secula, ita ut πᾶσι antecedit νόησιν, & quæ νοῦσαι mentis comprehendere non possunt, fide tenenda sint, quæ credendo intelligit, non intelligendo credit: Uti explanat hanc Apostoli sententiam, D. Balduin. disp. 12. in Epist. ad Hebr. th. 28.

26. Hinc Orthodoxus apud Theodoretum Dialog. 1. fol. 300. cum Eranistes objiceret: Ne mihi rationes & humanas ratiocinationes adduxeris; Ego enim soli divina Scriptura fidem habeo; respondit: Nullam rationem admittes, quæ non divina Scriptura testimonio confirmetur. Et Paulò ante: Alicubi ergò ratiocinatione opus est. Sic & Dialog. 3. fol. 343. a. Orth: Nos sensum verborum perscrutantes cognoscimus quænam animæ & quænam sint corporis propria. ERAN. Et meritò qui-

dem ita facimus, nos enim rationis facultate prae-ditos fecit Deus. ORTH. Hac ergo ratione in eo etiam qui nos fecit & servavit, utamur & agnoscamus, quanam ejus divinitati & quae humanitati conveniunt.

XII.  
Quomodo  
cum athe-  
is agendū  
in persua-  
sione Arti-  
culorum  
fidei?

27. IV. Accedit Vis rationis apud atheos, cum enim Apostolus se omnia factum esse omnibus scribat, ut aliquos servet, 1. Cor. 9. v. 22: Annon & nobis opera danda est ut si, qui literas Sacras, ut alias quaslibet, inventum hominum esse suspicantur, ad intuendum veritatem itidem, quoad ejus fieri possit, adducantur; ut ministri simus DEI, qui vult omnes homines venire ad agnoscendam veritatem nempe seipsum. Id autem quā aliā expediemus viā, nisi rationum momentis?

28. Haec enim inter eas, quae humanae facultatis vires nominantur, ad ducendos homines in eam, quam velis, sententiam, maximum omnino habent robur, Sole quippe flectentes humanam mentem liberam aliis viribus omnibus atque invictam, quae unquam admoveantur. Sicut ergo facultas vegetabilis ad sensus est via, hi verò velut gradum substernunt, quo ascendamus ad mentem: Ita humana haec & naturalis ratio manum praebet exteris, ut ad divinam lucem contuendam sese erigant (absit invidia & pravus sensus verbo nihil enim hic de actibus spiritualibus conversionis ad DEUM) & confirmentur: ut postquam potentia & bonitas Dei ostensa illis & percognita fuerint, ad illum solum suspiciant, omnia incipiant de illo credere ac bene sperare optima, pulcherrima, salutifera, perfecta.

29. Sic Damascenus lib. 1. Orth. fidei cap. 5. adversus eos, qui S. literarum articulis fidem nondum adhibent, his rationibus pro tuenda Unitate Essentiae Divinae pugnandum esse statuit. 1. Deus est τέλει & ἡγαθέτατος, summè  
perfe-



perfectus ac nihilo indigens. E. unus est. 2. Si plures naturæ sint Dii, inter eos differentia aliqua fuerit constituenda; & sic omnimoda ijs perfectio deerit & unus altero minor erit & impotentior. Qui certè, cùm perfectus non sit, ne Deus quidè dici poterit. E. ad unū rursus erit perveniendum. 3. Si plures essent, neuter esset à seipso incircūscriptus, multò minus ubiq; & c. E. unus erit agnoscendus.

30. Adde, quod non pauca in pietate nostra adeò congruant cum hominis mente atq; ingenio, ut cognita illicò amplectatur, ut sola illorum expositio sufficiat nuda & quasi inermis. Cum ergò humanis tantùm fidant alieni à populo Dei, libentius & securius acquiescent, cum rationem suam ijs viderint consentire, nosq; ratione magis stare quàm homine, ne eligere videamur nostro arbitratu suffragatores: Atq; ea de causa, si manifesta ratio illorum dictis reclamaverit, corruptum illorum iudicium facilius ostendemus. Ludov. Vives lib. d. p. 296.

31. Concludimus ergò cum eodem Vive lib. 3. de Verit. fidei fol. 411: Cum ratio sit hominis maximum in hac vita bonum, profectò, si cui usui tributa à Deo, non tam ad cibum & potum, ad tegumenta & adificia paranda pertinet, quàm ad scrutationem inventionemq; rerū maximarū & excellentissimarum. Quorsum enim datur optimum instrumentum, nisi ad optima? Quid verò est inter res prestantes religione prestabilius? Hic ergò ratio, vis, claritas est humane mentis applicanda, ut illud probè intelligamus quod intelligi exerceriq; tantoperè nostra refert.

32. Et V. deniq; huic sententia preter citatos patres Athanasium, Augustinum, Theodoretum, Damasce- num, Theophylactum, Cyrillum & alios, Neoterici pleriq; subscribunt Theologi, ipse etiam B. Lutherus. Ita scribit Tom. 2. Jen. Germ. f. 156: Alle die predigē oder lesen

lesen sollen die Zuhörer lassen vrtheilen / vnd ihnen unter-  
worffen seyn. Item ibid. fol. 465. 6: Soll man vr-  
theilen / so muß fundt der Sprachen da seyn / sonst ist  
verlohren. Et Tom. 9. Witteberg. pag. 15. b: Ich  
habe ihnen angezeigt / daß sie Macht vnd Recht haben  
ware vnd falsche Lehre zuerkennen vnd vrtheilen. Matth.  
7. Attendite à falsis Prophetis, Et ibid. pag. 281. con-  
tra Carolstadium: Es ist wider alle Vernunft / das ein  
anders solle verstanden werden / denn dasjenige / so von  
dem / der es gibt / genennet wird / etc.

33. D. Chemnitius in Epist. dedicat. ad Du-  
cē Sax. libello aureo de duabus naturis præfixa lit. b. 2:  
*Norma & Regula Judicij semper debet esse vox divina in  
scripturis patefacta: cui subijci, ad quā examinari & exi-  
gi debent, quæcunq; & quorumcunq; etiam vetustissimo-  
rum dicta.* D. Hunius Tom. 1. operum latin. loc.  
de libero Arbitrio colum. 477. 478: *Lumine nature  
hominibus etiam infidelibus non tantum artes omnis ge-  
neris mechanicas inventas & expolitas, verum etiam sci-  
entias Philosophicas insigniter excultas esse constat. Huc  
pertinet quoq; discrimen honestorum & turpium ex  
quo Philosophi & Legislatores etiam gentiles extruxe-  
runt præcepta vite, regulas honestatis & morum, Leges  
Civiles cum Decalogo seu lege morali quam pul-  
cherrimè congruentes, &c. Vide eundem fusius in lo-  
co de prædestinat. col. 810. Et p. 1210: Transsubstan-  
tionis figmentum in rationem etiam seu Philosophiam  
sanam (cui alias multum tribuant Pontificij) docet impin-  
gere, accidentibus extra subjectum effectis atq; constitu-  
tis.* D. Mentzerus Tom. 5. disp. Gies. pag. 531: Ex pro-  
prietatibus naturalibus veræ humanitatis velle op-  
pugnare

pugnare unionem hypostaticam & communicationē Idiomatum, αθεόλογοι καὶ ἀλογοι *Idem docet* D. Hutt. in explicat. art. 2. lib. Concordiæ de libero Arbitrio pag. 167. seq.

34. Et D. Balduinus Præceptor meus venerandus in examine 12. caussarum Dusseldorf. scribit pag. 156. Das Examen / ob eine Lehre vund Meynung dem klaren Wort Gottes gemess sey / kan ohne Vermunfft vñ Verstand nit geschehen Item pag. 159: Wir geben zu / daß wir nicht / wie die unverständigen Kinder einem jeden finstern Schwarm baldt glauben sollen. *Sic & Rever. & Clariss. Dn. D. Olearius Pastor ac Superintendentens Ecclesiæ Halensis, Fautor ac amicus meus plurimum honorandus in disp. de Philosophia Thes. 5. ex B. Luthero scribit: Ratio humana est omnium rerum res & caput & præ cæteris hujus vitæ optimum ac divinum quiddam: Et Thes. 10: Nec Majestatem illam DEUS post lapsum Adami penitus ademit rationi ejusq; filia Philosophiæ, sed potius confirmavit.*

35. *Quæ omnia eam ob causam fusjuscule exponere & demonstrare placuit, quo Calvinianorum stentoreæ vociferationes cobiberentur, qui, quando deliria Rationis humane, quibus plerorumq; Fidei articulorum veritatem evertere, quantum in se est, nituntur, uti postea demonstrabitur, sibi à nobis exprobrari audiunt, Calumniari incipiunt, Nos homines in sacris fingere ἀλόγισ, Irrationales Mulos & Asinos. Sic enim crepat Georgius Lupichius contra Selneccerum, referente D. Hailbrunnero in Synopsi doctrinæ Calvinianæ fol. 98. b: Wenn man die Vermunfft in Glaubens Sachen nicht gebrauchen soll / warum b man das Evangelium auch nicht*

XIV.  
Quibus calumniis Calviniani sinceriores A. C. Theologos h. l. exagitant?

C

nicht

nicht den Kühen und Gänsen predige. Et Ru dolphus  
Goclenius in instit. Logic: *Dicere in D E I mysterijs*  
prorsus non esse utendum ratione est dicere, homines  
debere mutari in asinos & mulos, ut scilicet fiant capa-  
ces mysteriorem D E I.

36. *Quasi verò Rationis humane Usus in sacris un-*  
*quam à nobis fuerit improbatas, & non potius pervers-*  
*us abusus, quo secundum ipsius partim falsa, partim ma-*  
*lè applicata principia Articuli Fidei judicantur & deprava-*  
*vantur. Hæc omnis tentationis origo est & caput, cum*  
*de verbo & D E DEO RATIO per se judicare conatur sine*  
*verbo scripsit B. Lutherus in capit. 3. Gen. folio 44. b.*  
*Non ergò illam prorsus ut Goclenius calumniatur, ex*  
*Sacris volumus exclusam, sed certo modo, quando*  
*scilicet per se & sine verbo sibi iudicium sumit de myste-*  
*rijs fidei; quomodo non Ratio amplius, sed umbra, simu-*  
*lachrum & imago tantùm Rationis est habenda, uti ex*  
*D. Augustino & Lud. Vive supra audivimus.*

XV.  
Quorsum  
convitia  
in ratione  
jacta spe-  
ctent?

37. *Et in hanc quadrant ea omnia, qua ex Scriptu-*  
*ra, Patribus & B. Luthero obijciuntur Rationi huma-*  
*ne; quod sit stultia, 1. Cor. 3. 29: quod non credatur phi-*  
*losophis sed piscatoribus, non Dialecticis sed publicanis,*  
*Ambrosius de fide ad Grat: quod non disputationum,*  
*controversia, sed præceptorum veritate, non argumen-*  
*tationum astutia, sed fide mentis sit opus, Id in hexaem.*  
*Quod Philosophi in sermone divites sint, fidei in opes, ve-*  
*ritatis extorres, sermone pauperes, abstinentia & virtute*  
*sublimes, multis loquantur perfidiam, paucis adseruant*  
*fidem. Item in Ps. 36: Quod benè intelligantur fidei Chri-*  
*stiane inimici, sapientiã quidem defendere videantur, cum*  
*ejus sint inimici Aug. in Ps. 8: quod in luce nihil cernant,*  
*in tenebris ambulent, dum demoniorum tenebrosa riman-*  
*tur*

*Bar & coeli alta videre se credunt, Ambros. in hexaem: quod per Dialecticam religio fadetur, Nazianz. in libell. de Arian: quod Patriarcha sint haereticorum Ecclesiaeque puritatem perversa maculent doctrina, Hieron. ex Tertull: Et qua alia ex Patribus collecta & ab Anonymo quodam in lucem sunt edita an. 1520. Item: quod Dei verba impossibilia, mendacia, stulta, infirma, absurda, abominanda, haeretica & Diabolica judicet, Luth. Tom. 4. in Gen. f. 74. b: quod non sapiat, quae sunt DEI, ib. fol. 75. b. & c.*

38. *Hec inquam & similia non Ratione, sed ab usum ejus attinent; Ipsa enim Ratio tantum abest, ut conditori suo ita contradicat, ut potius fasces suos eidem submittat & adoret potius & miretur, quam ut scrupulosius rimetur, ac inquirat anxie, vel neget sublimia illa Scripturae mysteria.*

39. *Quod si quis opponat ex Justino Martyre in exposit. fidei. f. 234: Apud Ecclesiae alumnos μη λογισμοῖς ἀνθρώπινοις διεύθυνεν τὰ θεῖα, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλημα τῆς διδασκαλίας τῶ πνεύματος & τῶν λόγων ποιῆσαι τὴν ἐκθεσιν, oportere non ad humanas rationes & cogitationes dirigendas esse res divinas sed ad sensus & voluntatem doctrinae Spiritus orationem interpretationemque esse accommo-*  
*dandam. Et paulo post f. 304: Illud animo considerandum ubi D E U S sit, quamvis ignoretur quicquam eorum, quae dicuntur, vel propter naturae praestantiam, vel propter Oeconomiae & dispensationis rationem, nihil inde detrimēti capere ignorantes. Ea propter μη δὲν ἡμᾶς περιεργασθῆναι ἔξετασθαι τῶν θεῶν κατὰ τὰς ἀλλ' εἶπεν τῇ βελήσει τῆς θεῖα, καὶ θαυμάσιον τὸ πηλὸν τῶ κερταμῆ: non curiosos nos esse aut in res divinas inquirere oportere, sed divinae potius cedere voluntati, quemadmodum figulo lutum: Et sic rationem planè ex sacris videri exterminandam.*

XVI.

An Justinus Martyr rationem ex sacris velit proscriptam?

C 2

40. Respon-

40. Respondemus: Et nos firmiter cum eodem statuere hac omnia: Inde autem proscriptio ipsius Rationis omnimoda ex pomerijs sacris nondum evincitur. Nam i. ipse Justinus Martyr non tantum in cohortatione i. ad Græcos opinionem de unitate divina Essentia à Græcis proditam approbat, & ex ea erroris πολυθεΐας eos convincit: Sed in prima Apologia pro Christianis fol. 40. dogmata Platonis à Christo se non arbitrari aliena expresse scribit. Et ne quis de haustis ex lectione Mosaica accipiat, subjungit ea esse τὸ συγχεῖσ σωματικῆς λόγου, connotatum quid rationis divina seminalis. Et concludit tandem: Ὅσα ἐν ᾧ θεῷ πάνσι καλῶς εἰρηται, ἢ μὲν τῶν χριστιανῶν θεῶν, Quæcunq; ergo ab omnibus bene (secundum illam divinam connotatam rationem) dicta sunt, nostra Christianorum sunt. Nec proinde ipse aliena à Sacris simpliciter humane rationis judicavit decreta.

41. II. Aliud est διευθύνειν, aliud ὑπηρετεῖν: aliud Magisterium, aliud Ministerium: Illud improbat Justinus & nos cum ipso in Ratione, ne dirigat res divinas earumq; explicationem; ne plus de religione credatur quàm ratio evicerit, & quod in disciplina earum rerum, quæ sub sensus cadunt, non faceret quis, (pemo enim, ut ait Ludov. Vives lib. de ver. fidei p. 292. tanto ingenio, tanta eruditione & usu rerum est præditus, qui metas possit nature assignare, ut confirmare certo audeat, non ulterius viam nature se porrigere: Cum potius juxta Epiphanium τῷ θεῷ μόνῳ συγχωρεῖν πράξεων εἶδεναι τὰ ἀκατάληπτα in ancor. p. 394. Deo soli concedere incomprehensibilem horum scientiam pium ac justum sit) id in Pietate exigat, ut ratio ut sit mensura fidei: hoc verò, fidele ministerium, quo sine perceptio rerum Theologicarum fieri nequit, neq; Justinus neq; ullus improbat alius.

Mysteria

41. III. Myſteria quoq; Divina, quantum ad  
noſtrum captum attinet, duorum ſunt generum: Alte-  
ra ad ſalutem pertinent, hoc eſt illorum cognitio neces-  
ſaria eſt huic conficiundo itineri, quod ad felicitatem no-  
ſtrum ducit: Altera ſunt arcana recondita quorum in-  
telligentia non eſt nobis neceſſaria. De hiſce, abſtruſis  
myſteriis dicitur: *Altiora te ne quaſieris & fortiora,  
te ne fueris ſcrutatus. Et illud: Scrutator Majestatis  
opprimetur à gloria. Et Paulus jubet, non plus ſapere,  
quàm oportet ſapere. Et in hiſ juxta Juſtinum divina  
cedere voluntati æquum eſt, non curioſè inquirendo & δὲ  
μία ἀπὸ τῶν βλαβηλοῦσ ἀγνοῶσιν ἐγγίνεται, quorum quippè  
ignorantia nihil affert detrimenti. Imò hac velle expi-  
ſcari, eſſet juxta Chryſoſtomum, ferrum candens non  
forcipe, ſed digitis contrectare, Homil. 5. in 1. ad Cor.*

43. De neceſſariis verò Apoſtolus dicit: *Quod  
notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis, Deus enim illis mani-  
feſtavit. Quia autem Ratio jam, pro dolor, poſt lapſum  
luce ſua πρὸς τὸν ἄστυ γῆρας eſt privata; Et verò rationes  
de pietate magnoperè homini neceſſariae: Jam ex ſe non  
invenit, & inventas per tenebras intelligit, ſed vel  
omninò aſpernatur, carne obruta aut motibus animi con-  
cuſſa & adſlicta, interdum quoq; ab affectu aut tarditate  
cordis praviſſimis conſultoribus tranſverſa impellitur, ut  
facilius adhareat & aſſentiatur ijs, quæ ſtant pro malo  
contra bonum, pro falſo contra verum. Sed quemadmo-  
dum oculis corporis uſu venit, ut magnum lucis ſplendo-  
rem intueri non ſuſtineant caligentq; ac tenebris invol-  
vantur: Ita oculis mentis in fulgore veritatis. Nec tamen  
deſinit eſſe Lux, quia oculus in eam nequit intueri; aut te-  
nebrae ſunt, quia oculis ita videtur: Ita nec Veritas perit,*

C 3

quia

XVII.

In quibus  
myſteriis  
ratio locū  
inveniat?

quia eam humana mens non assequitur, aut fit falsitas,  
quia menti ita videatur.

44. Missus ergo ad nos est cælitus Christus Jesus  
Magister veritatis, repurgator tanticeni, corrector pra-  
vitatis, instaurator naturæ lapsæ, qui hominem puritati  
illi atq; innocentia primæ in sentiendo & sapiendo restitu-  
eret. Depulit is è mentibus suorum ignorantiam & ca-  
liginem, quam invexerat peccatum & restituit veros il-  
los atq; integros sensus naturæ sinceræ atq; incorruptæ. Ab  
hoc ergo semel apertis thesauris veritatis & deinceps ra-  
tiones ab ijs, qui doctrinæ illi cælesti paruerunt, sunt de pie-  
tate inventæ, quæ liquidissimæ, apertissimæ, validissimæ, ef-  
ficacissimæ atq; inexpugnabiles, uti eruditissimè de Usu ra-  
tionis in posteriori hocce rerû divinarû genere differit, Lu-  
dov. Viv. loco sæpè citato lib. 1. de verit. fidei f. 291.

45. Nec ergo promiscuè omnibus divinis rebus  
accommodanda ratio, nec accommodata etiam sua  
placita præferre, sed humiliter submittere, ac si ali-  
cubi hereat ac fathiscat, imbecillitatem suam debet agno-  
scere. Illud enim nemo ignorat, quæ sint de DEO vera, innu-  
mera esse ac amplissima: ingenij autem nostri captum an-  
gustissimum, in quod cælestis illa infusa est Rationis lux  
ad ejus mensuram; Inde q; fit, ut in nostra mente non pos-  
sit esse eadem veri ac rationis mensura. Major enim est  
veritas rerum, quàm nostra ratio, sed non quod rationem  
nostram superat, protinus est ei contrarium, inimicum,  
repugnans. Multò est aliud superari, quàm adversari.  
Quocirca, quæ contra pietatem nostram finguntur ratio-  
nes, vel vanæ sunt prorsum & primo ipso aspectu deridicu-  
le aut contemnendæ, vel dolosæ aliquâ & fraudulentâ  
specie contectæ atq; involutæ. Vives l. d. p. 290.

46. Deniq; in omni præcepto sacro duo spectan-  
tur:



tur: Intelligentia & causa. Illa quoad vocem saltem, si ulterius progredi non liceat, nostra inquisitioni est subiecta; in qualibet siquidem lingua vocabula rara & inusitata, quæ non omnes capiunt & proinde explicatione egent; loquendi item formula, obscura, anigmata, tropi, distinctiões interpunctiões & c. occurrunt: quæ omnia si *καθ' ἑσέ* λογισθῆναι non evoluta simpliciter accipiantur, nihil magis absurdum, impium, aut causa plurium majorumq; errorum existere potest. Hinc nata sunt illæ Patrum Regulæ de Scripturæ interpretatione. Tertull. contra Praxeam: Oportet secundum plura intelligere pauciora & ne unus sermo alia multa subvertat, secundum omnia potius, quam adversus omnia erit intelligendus. Cyp. in Symb. Apost. Non per omnia similitudinem servare possunt exempla rei, cui præbere putantur exempla, sed unius alicujus partis, pro qua videntur assumpta, similitudinem tenere. August. contra Petil. cap. 16: Obscura, ambigua atq; figurata intelligi exponiq; non possunt, nisi prius ea, quæ apertissime dicta sunt, firma fide teneantur, & c.

47. Hæc verò Causa scil. Cur Deus hoc vel illud præceperit vel ordinaverit à nobis nō inquirenda, sed ipsius voluntati, ut Just. ait, est cedendum. Exemplo Ezechielis Prophetæ supra allegato: Domine Deus, tu scis hæc. Nō dubitavit Prophetæ, inquit Theod. Tom. 1. f. 18. b. super hæc verba, sed accuratiorem cognitionem Deo concessit, cum optimè quidem nosset ipsius potentiam sed voluntatem ignoraret. Ita & nos cognitâ Dei potentiâ & voluntate ex verbo revelato acquiescamus, nihil ultra querentes. Curiositatem, inquit B. Lutherus Tom. in Gen. cap. 19. fol. 136. a. DEUS odit, nec vult nos esse, ut sic dicam CURISTAS & QUARISTAS. Vult nos mandato suo simpliciter obedire, & hac unâ ratione contentos esse, quod ipse jusserit. Ὅσα λέγει ὁ Θεὸς præclare dixit Epiphanius,

XIIX.

Ad quid conferat Ratio in Sacris?

XIX.

An in divinis quaerendum, quomodo?

ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, πιστεύειν χρὴ, ὅτι θεῖν, πῶς δὲ θεῖν, αὐτῷ  
μόνῳ ἐγνωσται, hoc est, Credendum est, ea, quae Deus lo-  
quitur in Scriptura Sacra ita se habere, quomodo verò sic  
se habeant, ipsi soli cognitum est. Et notum est illud  
Justini de Trinitate p: 180. τὸ πῶς περὶ θεῶν λέγειν, σα-  
φῆς ἔλεγχος τῆς ἀπιστίας θεῖν,

*Quo divina modo fiant non cura fideli est.*

Qui cum Epiphanio p. 491. gratias potius agit DEO  
omnipotenti, τὸς κατὰ πάντα τῶν πραγμάτων διαπερανδῆ καὶ λεπτο-  
λογῶντι, ἵνα οἱ ἀληθινοὶ μὴ σφάλδονται. Qui omnimodo ex-  
planatè & simplicissimè loquitur, ne veraces seu verita-  
tis amantes fallantur.

48. Atq; ex hisce omnibus satis jam constare arbi-  
tramur, non tantum ὅτι, Quod Ratione in Sacris my-  
steriis eorundemq; tractatione ac explicatione sit uten-  
dum: Sed etiam ὅτι πῶς aliquo modo, Quomodo scili-  
cet id fieri debeat.

49. Id quod ut liquidius pateat, sequentes ad-  
ijcimus Canones quorum sit I. Ratio contra Scriptu-  
ram non auditor. Quando habemus verbum, scribit  
B. Lutherus Tom. 3. in Gen. cap. 27. fol. 59. b. tunc  
omnes Disputationes contra verbum abijciamus, neq;  
quicquam moveamur, sive stulta, sive impossibilia, sive de-  
niq; contraria Legi naturae & Mosi obijciantur, sed rectè  
sequendum id quod dixit DEUS; qui ubi vult, natura or-  
do vertitur, Cyrillus lib. 1. ad Reginas ex Athanasio.

50. Nostram enim rationem Divine Rationi sub-  
ditam esse & creaturam concedere Creatori par & equum  
est. Linguae θεομάχοι adversus Deum bella moventes  
circumcluduntur, & Ratio Spiritus S. impetum faciens  
fundit & sternit impietatem, juxta Justinum l. d. in ex-  
posit.

XX.

An ratio  
contra  
Scripturā  
sit audien-  
da?

fit. fidei fol. 303. *Talis enim judicanda est ratio, quæ se Deo opponit, Bestia quædam, quam Fides omnesq; piæ mactant ac occidunt dicentes cum B. Luthero ex Tom. 4. & Gen. fol. 75. b: Tu Ratio Stulta es, non sapias, quæ DEI sunt: itaq; ne obstrepas mihi, sed tace: non judica, sed audi verbum DEI & crede.*

51. *Circa quem Canonem graviter impingunt Calviniani. Cum enim rationem nostram tot obrui hallucinationum formis, tot erroribus obnoxiam, in tot impedimenta impingere, ut plurimum à certa directione ab- sit, ipse scriptitet Calvinus lib. 2. instit. cap. 2. §. 25; Cum ingenium nostrum semper concipere, agitare, moliri malum, adeo, ut mentis nostræ ratio, quoquo se vertat, vanitati miserè obnoxia sit, fateatur ibidem: imò defensione 2. adversus Westphalum pag. 901: Centies se pe- rire malle asserat, quàm unum Christi verbulum cum tota Philosophia ad trutinæ examen appendere. Et post illum Sadeel in præfat. de method. Theologiæ, expressis ver- bis neget, humanam rationem esse posse principium Theo- logiæ; aliàs (addit) conciliaret autoritatem Scripturæ Sacræ atq; ita ratio humana esset superior & verior, quàm Sacra scriptura: at hoc esset jam non Ratiocinari, sed Infa- nire. Quæ verba in analysi Informationis Meisnerianæ nuperrimè repetijt, ex Pseudoreformatis Marchicis M. Carolus Sachsius Pastor Coloniensis fol. 145.*

53. *Cum, inquam, hæc & similia contra rationis humane dominium verissimè scribant, & agerrimè fe- rant, sanctissimeq; protestentur, se non Rationem cæcam pro fundamento Articulorum fidei agnosce- re: Wir gläuben vnd haltens vorgewiß / daß man sich in Glaubenssachen Allein auff Gottes Wort gründen soll.*

D

Item:

XXI.

An Calvi-  
niani dero-  
gantes ali-  
quando ra-  
tioni, ean-  
dem nihi-  
lominus  
contra-  
scriptu-  
ram audi-  
ant?

Item: Wir nehmen unsern Glauben nicht aus der blinden Vermuthung/wie man uns schuld giebt/sondern einig vñ allein aus dem vnfeilbaren Wort Gottes: habent verba Confessionis Reformatorum in 1. colloq. Berlin. p. 14. citata: *nihilominus tamen verbis factisq; huic protestationi ex asse contrariis satis superq; dant testatum, vanissimum hunc esse pretextum, & contra Scripturam audiri in ipsorum Ecclesiis rationem humanam.*

XXII.  
Quibus  
emblematis pleriq;  
Calvinianorum articuli sint superstru-  
eti?

53. *Attende enim emblemata Calvinistica, quibus in sublimium mysteriorum dijudicatione standum & nihil contra dicendum est.* 1. Zvinglij: *Deus incomprehensibilis nobis non proponit,* in Colloq. Marpurg. 2. *Si quid proferatur quod evertat naturam, id statim pronunciabimus esse falsum,* Sadeel de Sacram. manducat. cap. 3. f. m. 273. b. 3. *De corpore Christi non aliter possumus loqui, quam corporis natura jubet.* Orthod. consens. Apolog. (: ) 6. a. 4. *Corpus, quod neq; videtur, neq; tangitur, neq; ullo sensu deprehenditur, non est presens.* Polanus part. 3. disp. pag. 624. thes. 10. Bullingerus decad. 5. Serm. 9. fol. 369. 5. *Proprio perempto ut nihilominus superstes sit subjectum proprii incolome & incorruptum, fieri nulla ratione potest.* Goclenius in colloq. cum Buschero fol. 203. 6. *Correlatum, quia tale, non debet includi suo relato.* Keckerman. lib. 1. System. Log c. 12. p. 118. 7. *Non necesse est relata simul esse loco,* Timpl. lib. 5. Metaph. c. 5. q. 16. 8. *Terminus seu fructus relationis non affingendus est relato,* Keck. lib. 1. System. Log. cap. 12. p. 117. 9. *Non quicquid totius est, etiam partis est,* Ibidem c. 22. p. 197. 10. *Omne proprium unius speciei est in communicabile alteri realiter diverse* Ib. cap. 21. p. 184. Timplerus lib 3. Metaph. c. 3. q. 13. 11. *Nulca Creatura potest simul esse actu in duobus locis,* Timplerus

RUS

rus lib. 2. Metaph. cap. 5. q. 6. 12. *Finitum non est  
capax infiniti*: Sadeel. de Verit. Nat. h. cap. 3. fol. 146.  
b: 13. *Planè impossibile est ( etiam DEO in prima  
creatione, de hoc enim loquitur ) rerum principia seu ma-  
terias & formas in unam massam commisceri, cum quali-  
bet materia determinata sit ad suam formam & forma ad  
materiam. Keckerman. lib. 1. System. cap. 6. pag. 128.  
& passim omnes.*

54. Hinc enim dogmata sua absurda pleraq;  
deducunt: 1. *Ex I. IV. VI. Corpus Christi verè & rea-  
liter non esse in Cœna sacra præsens & ore comedi,  
quia id incomprehensibile, sensibus contrarium & natura  
relatorum.* 2. *Ex II. III. V. VII. IX. XI. Corpus Chri-  
sti non posse simul & semel esse pluribus locis, quia  
naturam ipsius hac ratione everti; proprio ejusdem subla-  
to, relata fingi necessaria loco conjuncta, idem parti tri-  
bui, quod est totius; creaturam fingi actu in duobus aut plu-  
ribus locis.* 3. *Ex IIX. Pani & Vino Eucharistico non  
communione substantiæ beneficiorum Christi;  
aquæ baptismi ablutionem peccatorum attribuen-  
dam, quia fructus relationis non relato sit affingen-  
dus.* 4. *Ex X. XII. Nulla Idiomata divinæ Naturæ  
in Persona Christi verè ac realiter communicari hu-  
manæ, & sic nec omnipotentem, omnisciam, omnipresen-  
tem & c. illam esse dicendam.* *Ex XIII. Cœli & terræ  
initio creatorum nomine non massam quandam rû-  
dem ac indigestam esse intelligendam. Quod si non  
est rationem pro fulcro agnoscere Articulorum fidei, quid  
sit aliud, nescio.*

55. *Et quævis obvertant* 1. Has assertiones Perfo-  
narum & Theologorum vel Philosophorū esse singu-  
larium, unde ad Reformatorem fidem seu religionem nulla  
sit

XXIII.  
Quibus  
ribus eadē  
pingant.

fit collectio, qua elabendi rima etiam utitur. M. Sachsi-  
us in sua Analys. p. 171. 248. 178: Wenn Kecker-  
mannus sich schon auff die Vernunfft gründe / folget  
darumb nicht / daß sich die reformirte Religion darauff  
gründet. Es sey dann / das Keckermannus die refor-  
mirte Religion were. Und weiß man nicht / das vitia  
artificum zu unterscheiden seyn ab ipsa arte. Derowe-  
gen were solcher Irrthumb nicht der Lehre / sondern der  
Person zuzumessen. II. Non se Canonibus hisce  
Articulos fidei, sed ipsos Canones Scripturæ super-  
stare ex ea quippe collectos. Hinc Sadeel de veri-  
tate Nat. humanæ cap. 2. multis Scripturæ locis premis-  
sis tandem suam conficit ἀποδείξις negativam: Nullum cor-  
pus, quod est vere & essentialiter humanum corpus, &  
quod in Scriptura dicitur verè accedere ad locum, esse in  
loco, discedere à loco, esse palpabile &c. Nullum, inquam,  
corpus, quod ejusmodi est, potest secundum veritatem Scri-  
pturæ esse omnipræsens sive ubiq;. Ita i. colloq. Berolin.  
f. 15. loquitur: Es ist ihm nicht also (das Nemlich die  
Calvinisten ins gemein auff einen hauffen sich tragen mit  
der Regel: Es ist wider alle Vernunfft) sondern  
ins gemein auff einen hauffen / tragen wir uns mit der  
Regel: Es ist wider die Schrift / daß ich mit dem  
Munde Christi wahres Fleisch essen und sein Blut trin-  
cken solle. Sicut & Zvinglius Tom. 2. fol. 316: Se-  
nullam aliam intelligere impossibilitatem scribit, quam,  
qua ex verbo DEI, cujus dicta diligenter sunt confere-  
nda, fluat, quando Christi corpus simul in locis esse pluri-  
bus neget. III. Fieri contra naturam rei alicu-  
jus dupliciter dici: i. De inclinatione particularis  
formæ, sicuti natura seu inclinatio naturalis formæ ignis  
est.

est urere, gravis, ferri deorsum: 2. De inclinatione perpetua & universali naturalissima, qua respectu universalissimi agentis ex natura sua res disposita est ad suscipiendam formam, motum &c. Contra hanc posteriorem ex mente Augustini & Thome nihil facere Deum, quia ut August. ait lib. 3. Contra Manich. Id naturale est cujusq; rei, quod Deus facit, à quo omnis modus, numerus & ordo nature. Et hoc sensu etiam intelligi debere illam Sadeelis locutionem: Si quid proferatur, quod evertat naturam, id esse falsum pronuntiandum. In qua distinctione admodum triumphat M. Sachsus l. d. pag. 369. seq. 265. seq. &c. IV. Deniq; rationem esse duplicem: Cæcam seu non Renatam, que fingat contradictoria, que revera talia non sint; & Renatam seu verbo DEI illuminatam, que pro contradictorijs ea tantum habeat, que ὀντως hujusmodi sint, que verbo Divino consentiat, etiamsi modum in mysterijs omnibus non capiat. Id. ib. pag. 261. 266.

56. Hæc, inquam, omnia, quamvis ab adversa parte obvertantur, facti tamen hujus turpitudinem non avertunt. Nam 1. De personis (tritum admodum & multoties à nostratibus protritum, nuperrimè etiam in libell. D. Hoë de blasphemis Calvinianorum locutionibus & doctrinis p. 7.) initio ἡ βίασιν retorqueamus: Si enim Personarum privatarum locutiones simpliciter rejiciendæ, cur ipsi in Catechismo Ubiquitistico & aliis in Veritatis invidiâ & Ecclesiarum nostrarum prægravationem confictis scriptis, Theologorum nostrorum, non confessionum tantum verba allegant, cujus rei specimen satis evidens exhibet ipse Sachsus p. 432. seq. An quod sibi jure faciendum æstimant, improbabunt in nobis?

XXIV.

An personales Calvinianorum locutiones doctrinae ipsorum sint impunitandæ?

D 3

2. ὀντως

2. ἀποπov illud ipsis pensitandum exhibemus: An non doctrinam Reformatarum, quas vocant, Ecclesiarum aliam hac ratione fingant à scriptis, quibus ejusdem absurditates excusare, tegere ac palliare nituntur, medium à questione diversissimum, ἀπεσοδιόντων? Item annon doctrinam illam Idealem potius hac ratione fingant, quàm realem, quæ quippè in Confessionibus sit fundata, quarum confessores suspecti nulliusq; sint fidei ac autoritatis? 3. νεβότης hujus protestationis inde Christi deprehendit Ecclesia, quod hætenus catalogorum nondum videre licuit, in quo doctrinae falsa, locutiones absurde Keckermanni, Sadcelis &c. Obelisco fuerint confossa. Cùm ergò juxta Nazianz. ἢ οὐκ ἔστιν ἡ δόξα τῶν εἰρημμένων, quid aliud hac dissimulatione agunt, quàm quod soricum instar prodant indicio proprio consensum in verba Autorum. Quam suspicionem firmat. 4. Defensio suscepta quorumlibet βδελυγματίων sive in verbis sive in rebus privati etiam scriptoris. Exemplo sit Apologia Paræi pro Calvino de corruptelis locorum V. & N. T. contra Hunnium; quoties enim agnoscit lapsus Calvinici crassissimos, nec tamen desinit eosdem adorare & pigmento seu cerussa Rhetorica colorare potius, quàm manifestè διαπρήδω improbare. Idem in Berolinensium Dialogis aliquoties videre est. Cur ergò sic aversantur delicatuli, quod tantà operâ defendere sat agunt? 5. Adde, quod Confessionum publicarum Calvinianarum Stylus ut plurimum æmuletur versutiam Bezae, qui accusatus quod in confessione pro Gallis captivis exhibitæ Duci Württembergico minus candide egisset, respondit: Opus sibi fuisse bono dolo ad liberandos fratres. It se in sua illa confessione clam apud se in scrinio pectoris duas illas voculas (per fidem, Spiritualiter) retinuisse, quibus subauditis, subintellectis vel additis & expressis constet Cingliana seu Calvinia-



Calviniana confessio, referente hist. Aug. Confess. p. 279. b. Id quod in Confessione Reformatorum ad oculum etiam demonstravit D. Hutterus Præceptor meus venerandus ὁ ὡν ἐν ἀγίοις, in ejusdem examine, *Qua proinde latebræ ἀμφοδοξοὶ optime ex scriptis Dd. liberius remfatentibus dijudicantur.* 6. *Nec sola scripta privata sed publica etiam, qualis est Orthodoxus Consensus rotundè profitetur, de corporis Christi conditione ex natura ejus judicandum, ὁμοψήφως reliquis per scriptores privatos promulgatis mysteria divina judicandi normis seu formulis.* 7. *Deniq; Patres quoq; ut ex Theodoret dialogis apparet, consensus demonstrandi causa & publica seu Conciliorum decreta & privata, seu Patrum sententias promiscuè allegarunt: Quidni ergò in dissensu monstrando non idem liceat?*

57. *Ad 11. dudum responsum est à B. Luthero Tom. 2. Isleb. in 6. cap. Johan. P. 163. b. Verba ejus ita habent: Ein Nottengeist redet von Gott/wie ers gern hette / wie es der Vernunft wolgefellet / Dem muß Gottes Wort also lauten. Item Tom. 1. p. 327. a: Die Vernunft sihet durch ein gefärbtes roth vnd blawe Glas / das kan sie nicht von den Augen thun / darumb alles was sie ansiehet das muß auch roth / blau oder grün sein. Item Tom. 8. Jenensi Germ. p. 313. b: Wenn einem sein eigen dunckel herzlich gefellet / vnd bringet den die schöne Gedancken in die Schrift / das ist der Teuffel ganz vnd gar. Id est, quod ante ipsum scripsit Ephiphanius in Ant. εἰ μὴ τις λάβῃ παιδείαν ἀπὸ Θεοῦ, τὰ τετι τὴν πίσιν τῆς ἀληθείας, σκολιὰ αὐτὰ τὰ πάντα καὶ διεστραμμένα. Nisi quis à DEO sit institutus in veritatis fide, prava ac perversa ipsi omnia.*

XXV.  
An Emblemata Calvinistica ex Scripturis sint collecta?

Falsum



Falsum ergo est, quod ex scriptura hi Canones sint collecti:  
imò extra & contra illam extructi sunt, eidemq; postmo-  
dum perverse applicati. Τα ἀλήθεια ἐκστρεφθῆναι εἰς ἀλλό-  
τεια, uti Epiphanius iterum p. 491. verè de illis scripsit,  
Vera pervertunt in aliena. Non enim expectant hi homi-  
nes intelligentiam dictorum ex dictis, sed imponunt potius  
nec referunt, sed afferunt, coguntq; hoc videri dictis con-  
tineri, quod ante lectionem presumerunt intelligendum,  
contra Regulam Hilarij de optimo Scripturarum Le-  
ctore. Exemplo res erit manifesta. Scriptura vox est:  
In Christo habitat tota plenitudo Divinitatis corporaliter  
seu tanquam in proprio templo seu corpore. Col. 2. 9: Et:  
Ego vobiscum sum usq; ad finem seculi omnibus diebus,  
Matth. 28. 20: Quae verba Scriptura simplicissimum hunc  
gignunt sensum: Totum Christum Deum & Hominem,  
nobis in terris verè & realiter esse presentem; posse quoq;  
presentem esse Carne, in qua quippè ἐνοικῆται τῶν πλήρωμα  
τῆς Θεότητος. Calviniani utrumq; negant. Quid ita?  
An, quia Scriptura contrarium affirmat? Nullo modo,  
sed quia liripipium opplevit axioma Sadeeliticum,  
quod ita habet: Nullum corpus, quod est verè & es-  
sentialiter humanum corpus, potest esse simul in plu-  
ribus vel omnibus locis. Hoc dementati σοιχεῖον, nul-  
libi in Scriptura fundato, de ipsius Christi corpore idem  
pronunciandum esse falsò imaginantur. Nec est, quod  
reponat Sadeel: In Scriptura dici etiam Christi cor-  
pus accedere locum, esse in loco, esse palpabile visibile  
&c. Et proinde hoc etiã sub universali Negativa contineri  
Respondebit enim Salvator: Hæc feci, hæc locutus sum,  
cum essem vobiscum, Luc. 24. v. 44. id est, pro statu  
mūdano servi forma sum & inventus sum ut homo, Phil. 2.



v. 7: *Palpatis & vidistis me, ne essetis increduli, Oeconomia hujus ratione, Luc. 24. v: II. Respondebit hisce dictis eruditus homo: Naturaliter seu modo natura hæc omnia esse accipienda, non supernaturaliter, & sic assertioni superiori non esse contraria, ut M. Sachs. ad similes Φαινομένας ἀντιλογίας respondet p. 262. seqq. Ex quo evidentissimè patet: Non Scripturæ vocem esse axioma illud, sed humani ingenij commentum, Scripturæ obtrusum, eidem contrarium. Et sic εἰς ἀτοπίαν τῶν αὐτῶν Φρονημάτων ἐκ κακοπιστίας ἐμπίπτειν, in absurdum proprii intellectus, ex prava fide incidere hosce hosce homines, uti hæreticorum ingenia Epiphanius p. 490 λόγ. ἀγκν: descripsit. Judicium idem fiat de reliquis, & jactantiae seu gloriationis vanissima vanitas Sole meridiano clariùs apparebit.*

58. III. *Κρησφύγετον ejusdem est vanitatis, Ponamus enim initio περιχρησῆσαι fiduciaris distinctionem illam; Queritur: An universalis illius naturæ seu susceptivi divinæ actionis vel impressionis, uti eam vocat Sachsius, Autor seu Causa non etiam Deus sit constituendus? Negari id à nemine sano potest. Ulterius: Potestne ergò à DEO mutari hæc etiam natura, id est, dependens ab eo, à quo dependet, variari? Quidni vero? Et Scaliger id asserit, & evidentius B. Lutherus Tom. 6. Jenensi Serm. p. 686: Wann ich das Wort höre von oben herab lauten / so gläube Ichs / Ob Ichs wol nicht kan fassen vnnnd nicht verstehen / noch in meinem Kopff will / wie ich das kan fassen / das zwo vnd fünffe sieben sind mit der Vernunfft / vnd lasse mich Niemand anders weisen. Noch wenn er oben herab sagt: Mein / es sind Achte / so soll ichs gläuben / wider meine Vernunfft*

E XXVI. An Deus contra universalem Naturam possit agere?

vnd fühlen wollen/ wenn ich richten wil / so darff ich nicht  
glauben/ Ich wil aber ihm glauben / der da richtet vnd vr-  
theilet / da bleibe vnd sterbe ich auff. *Hac Lutherus, ὡς*  
*βαίνει ἡ θεία φύσις βελήν, iterum scribit Epiphanius*  
pag. 491. λόγ. ἀγκ. Divina natura superat nostrum  
consilium.

59. 2. Vnde tibi verò constat de lege illa naturæ uni-  
versalis, qua & autot ipius devinciatur, ita, ut nihil  
contra possit? Aut enim ex verbo revelato *eam hausi-*  
*sti cognitionem*; Aut ex natura ipsa? Ex hac sanè non  
potuisti, *cujus quippe miraculorum ac mysteriorum ple-*  
*nam planamq; cognitionem nemo hominum sibi unquam*  
*arrogaverit. Ridiculum est, inquit Ludov. Vives. lib.*  
*1. de verit. fidei p. 292. in quo ingenium alicujus perscru-*  
*tantis sistat, ibi ut naturam etiam dicas sistere & imbecilli-*  
*tatem humani ingenij transferre in vires natura; De qua*  
*dementia nihil satis dici potest pro dignitate. Περὶ τῆς*  
*φύσεως φακέρωτατα, suminus conqueritur Philosophus,*  
*lib. a. min. Metaphys. cap. 1, τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὄντος ἔχει*  
*ὡς ἂν τὰ τῶν νυκτερίων ὄμματα πρὸς τὸ φῶς μεθ' ἡμέραν, Ad*  
*manifestissima etiam naturam animæ nostræ intellectus se*  
*habet, sicut vesperilionum oculi ad lumen diei. Et quoties*  
*subtilissimus Scaliger: Nostram scientiam esse umbram*  
*in sole: nos in mediocri luce caligare, in majori cecutire, in*  
*maximâ insanos esse. Ex natura ergo ejusq; legibus illam le-*  
*gem, qua Moderatori universi compedes injicias, habere non*  
*potuisti; Quæ quippe ipsa insuper Dei agnoscit potentiam*  
*infinitam Rom. 1, 16. qui sit τῆς δυνάμεως ισχυρότατος & lib. de*  
*mundo c. 6. potentia fortissimus & principium, finem &*  
*media rerum omnium contineat, Plato de legibus dialog.*

4. p. 790. *Ipsius etiam rationis autor et moderator existat*  
Arist. lib. 7. Eudem cap. 14.

60. Nec ex verbo revelato fidem facies;  
Illud siquidem testatur Deum posse *ὡς πάντα ποιῆσαι, ὡς ἐκ τῆς ἡρώδης ἢ νοῦμεν*, cumulatè facere ultra omnia, quæ intelligimus; Eph. 3. v. 20. Et non impossibile apud Deum esse omne verbum Luc. 1. v. 37. Seu rem quamcunq, uti phrasis habet Hebræa. Ponamus jam te intelligere & pro certo tenere illam universalem nature conditionem; Ultra hanc tuam intelligentiam Deus agere potest, splendide & largiter, ut Theophyl. ait super illum locum.

61. Augustini verba quod spectat, loquitur sanè is de sapientissima & immutabili constantiq, Dei actione in conservando semel instituto ordine, contra quem Deus non agit, ut destruat ipsum: Nec tamen illam ordinis constantiam manifesto Dei verbo opponit, aut id, quod hunc evertere videtur (nec enim homo, quid verè illum evertat, scire potest) falsum pronunciat, quod nostri faciunt Calviniam; à quorum proinde profanis opinionibus ut alienum se declararet, Credamus ait serm. 147. Fratres. Et si argumenta Philosophorum difficile solvimus: illud tamen, quod demonstratum est, sine difficultate teneamus. Garriant illi: nos credamus. Et lib. 12. de civ. Dei cap. 17: Impias argumentationes (quales ille sunt, quæ naturam creatori opponunt) si ratio refutare non posset fides irridere deberet.

62. Quod deniq, de ratione duplici affertur, refutatione nulla eget. Nam 1. purum putum ἀσιννα & ἐν δὲ xñ est, quando rationem suam renatam verbo divino consentire dicunt, etiamsi modum in mysterijs

non capiat, in articulis inter nos controversis. In quo enim quæso modum inquirere desistunt? Adeo ut ruditas & inconsideratæ temeritatis nos arguant, quando modum præsentia in S. cæna ob miraculi sublimitatē DEO commendandum & ad cælestem Academiam differendum piè ac submissè statuimus. Quod Chemnitius scribit, Christum optimè nosse, quomodo Corporis ipsius veritas constare possit, quamvis hoc humana ratio nec intelligere nec comprehendere queat, præstigiæ sunt Eutychianæ, inquit Orthod. Con. cap. 6. pag. 236. Abdias Liberinus in Syntag. p. 45. a: Clamat Adversarius rem esse stupendam & miraculi plenam &c. Sed facit versuram & ex charybdi se in Scyllam proijcit. Hefsiander in exegefi de Cæna p. 61: Nonnulli dicunt, DEO ordinanti obtemperandum esse, nec semper quærendam causam. Hi sciunt, valdè incircumspectè hoc dici. Hoc scilicet est, Rationem divino verbo submittere & modum in mysteriis non inquirere.

63. II. Ἀνακλάσει jure heic utimur. Quod si enim Renata & à DEO illuminata est ratio, nullas sibi finget contradictiones, ubi expressa Dei sunt verba, nec principia sua De Natura sive universali sive particulari verbo DEI, quod Zvingliani faciunt, præferet, Exemplo Abrahami, qui clausis oculis in tenebras fidei se abdidit, in quibus aternam invenit lucem, ut loquitur de eo B. Lutherus Tom. 2. in Gen. cap. 17. pag. 96. a.

64. III. Deniq; Renata illa Ratio videtur ὕψιστον illud esse, sub quo Spiritus Sacramentarius delitescere & quævis paradoxa asserere & spargere possit. Quæ larva ut ipsi detrabatur, dicimus illam dupliciter spectari:

Etari: 1. Quatenus Ratio. 2. Quatenus fidelis; Po-  
 sterior sub obsequium fidei jam captivata est fascibus ul-  
 trò submissis, lege quippè D E I delectata, Rom. 7. 22.  
 Prioris verò iudicium nobis est suspectum, partim  
 ob initiationem à sensibus factam, quorū jugum quamvis  
 excutere laboret, crebrò tamen iisdem mancipatur & vela  
 sua submittere cogitur, partim ob ψεαδεναιτιώσεις, quas si-  
 bi ipsa fingit & pingit, Aut ergò subdita sit Hagar hacce  
 & humilietur sub manu Sara, aut domo exigatur, & suas  
 sibi res habeat, qua forma olim Lege XII. tabularum  
 solvebatur matrimonium, Cic. Philip. 2.

XXIIX.

An Ratio  
 norma ju-  
 dicandi in  
 rebus fidei  
 sit consti-  
 tuenda?

65. II. Canon est: Ratio non esto norma  
 judicandi de rebus fidei. Fluit scilicet hic Canon ex  
 precedente. Quod si enim contra scripturam non audien-  
 da humana est ratio, quomodo iudicis partes eidem attri-  
 bui possunt? Rectè Epiphanius εν λόγῳ ἀγκυρώτῳ.  
 pag. 489: ἔτοι συλλογισμοὶ ἀνθρώπων καὶ ἀπὸ γήινων φρο-  
 νημάτων ὀρμώμενοι. Τὰ δὲ ἡμῶν πάθη τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸν  
 θεὸν ἀθέμιτόν ἐστι λογίζεσθαι, τὸ θεῶ σαφῶς λέγοντες, οὐχ  
 ὡς αἱ διάνοιαι ὑμῶν, ἡ διάνοια μὲν, καὶ πάλιν, ἔχῳ ἀνθρώ-  
 πῳ καὶ θεῷ, id est, Hi Syllogismi hominum sunt (con-  
 cludentes D E U M, si filium genuit, etiam passum aliquid  
 fuisse mutationis) & à terrenis cogitationibus excitati.  
 Nostras verò hominum affectiones illicitum D E O impu-  
 tare, ipso evidenter dicente: Non sicut vestra cogitatio-  
 nes, mea est cogitatio, Et iterum: Non Deus, sicut homo  
 est. Nec ergò tentet homo de rebus divinis iudicium sibi  
 sumere, ὅτι ἀπὸ ἰδίων διανοημάτων ποιῶμεθα διδασκαλίαν,  
 ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἐκ προφητῶν καὶ ἑσσηῆς,  
 Epiphanius, p. 495: Non ex nostra cogitatione doceamus,  
 sed ex vita nostra, Prophetis scilicet & Apostolis.

66. Nec cause sunt nullæ, cur judicandi normā

E 3

Ratio-

XXIX. rationi denegemus. *Nota enim* 1. est illius post lapsum  
Cur ratio in sacris non possit esse iudex? *vanitas, errores & tenebræ, in quibus sibi relictī homines evanescent, Rom. 1, 21, 22, Confer, Psal. 62, 2. Gal. 4, 9. Ephes. 4, 17, 10: ut rectè Prosper dixerit: Quanto plus graditur tanto longinquius errat. Cum ergò ad fontem ipsa, unde fluxit & recessit, erroribus scatens sit reducenda ejusq; humore limpido diluenda, quomodo lux iudicij esse poterit?*

67. II. Ineptitudo quoq; ejusdem ad sacrarum rerum seu mysteriorum divinorum perceptionem passim in sacris exponitur, quando Deus lucem dicitur habitare inaccessibilem, quam nullus hominum vidit, sed nec videre possit. 1. Tim. 6. 16: quando investigabiles dicuntur divitiæ Christi, Eph. 3. v. 8: quando filius qui in sinu patris est, dicitur enarrare & revelare illa omnia Joh. I. v. 18 abscondere à sapientibus & revelare parvulis, Matth. II. 25. In quam sententiam eruditè scripsit Augustinus lib. ad Simplicianum: *Ut divitias misericordie sue patefaceret Deus magis id consequitur si eos adducat, qui & magis reluctentur & propter vitæ merita ab eo magis sint alieni, quàm si eos eligat, qui humana rationi videntur aptiores esse. Quis autem ferret iudicem qui οὐδὲ ποῦο λῦγαυ nullaq; judicandas res percipiendi facultate esset instructus? Sic enim ignorantia iudicis foret calamitas innocentis, ut alibi loquitur Augustinus.*

68. III. Deniq; iudicis est liberè iudicare, ad nullius adstringi arbitrium, nisi legum propriarum. Jam autem πάν νοήματα omnis cogitatio, πᾶς λογισμὸς, πᾶν ὑψωμα ἐπαίεγονον κτ̄ τῆσ γνώσεωσ & θεῶ, *Omne consilium, omnis celsitudo efferens se supra cognitionem Dei captivanda est sub obsequium fidei, 2. Cor. 10. v. 4, 5. Quale ergò captivi hujus miseri erit iudicium? Maneat potius illud Divi Gregorij*



Gregorij in moral: Divina judicia non audaci sermone discutienda sed formiduloso silentio veneranda sunt.

69. Quid heic Calviniani iterum? Verbis quidem negant se Canonis huic contradicere, ex ingenio hereticorum omnium, qui negant, quod credunt, Tertul. lib. de præscrip. hæret. p. 93: re tamen ipsa è diametro ipsi adversantur, id est rationem suam normam contradictionis in mysteriis fidei constituunt. Ita enim loquitur Antonius Sadeel lib. de sacram. manducat. corporis Christi p. 273: An natura per contradictionem evertatur, judicandum est ex ipsius nature legibus; quandoquidem certum est naturam à vero Deo constitutam veram esse. Jam ut veritas nature dignoscatur, nonne ad ipsius nature fontes accedendum est & ex ijs dijudicandum, quid sit vel secundum vel contra naturam? Et M. Carolus Sachsius in analysi cont. D. Meisnerū p. 260. & seq defendendum sibi sumit axioma: De contradictione in Theologicis, ex ratione, sed renata seu natura universali esse judicandum, quia leges contradictionis ex Philosophia depromantur.

70. Verum rectè respondet hisce omnibus B. Hunnius Tom. I. operum Lat. colum. 88: Ex nostro ingenio fas non est statuere, quid pro contradictione in Theologia habendum sit, quid secus. Nec definire potest aut debet humana ratio, quid quantumq; possit Deus, ne implicetur aliqua contradictio, vel quid nature ipsius sit adversum & oppositū. Adhæc momento everterem omniamysteria regni Dei. Quis enim locus erit Trinitatis articulo, si ex nostro arbitratu liceat comminisci contradictiones? Resurrectionis item articulo, quomodo constabit? siquidē ne Angeli quidē cœlorū conciliare possūt, quo pacto

XXX.

An Calviniani rationem judicem in sacris agnoscant

paçto sine contradictione fieri queat, ut si ( quod haut raro  
usu venit ) corpus hominis laceretur à bestiis & in illarum  
carnem atq; sanguinem convertatur, ac nihilominus hæc  
bestiarum Caro non resurgat, resurgat tamen nihilomi-  
nus corpus istius hominis quod in bestiarũ carnem sangvi-  
nemq; naturali conversione mutatum erat. Ad hæc si,  
quæ coram nobis apparent conciliatu impossibilia; pro-  
tinus coram DEO etiam impossibilia & nature ipsius ad-  
versa putanda essent, eò, quod contradicentia non velit  
neg; faciat: nunquam pater ille fidelium Abrahamus, cum  
juberetur offerre filium suum, potuisset contra spem sub spe  
considerare, futurum, ut ex Jsaaco, quem jam jam deberet  
jugulare, prodirent Reges & populi juxta promissionem  
DEI, siquidem nulla adhuc soboles ex Jsaaco esset in rerum  
natura. Proinde ( rectè concludit ) est hic merus in-  
credulitatis humanæ prætextus, quod ad hæc pietatis  
mysteria convellenda tanquam regula de contradicenti-  
bus & humana ratio ex suo quodam libitu definire audeat,  
quæ sint DEO adversa & proinde contradicentia, videli-  
cet, quæ ipsa ratio ex suo judicio pro talibus habuerit, &c.  
Hæc B. Hunnius.

71. Qua eruditissimâ censurâ sufficientissimè re-  
futavit omne id, quod Calvinianus Spiritus hoc loco  
grunnit ac spuit, ut alijs fundamentis opus haud fuerit.  
Ita enim inde nos colligimus: Quicquid 1. Sapientiam  
ac potentiam DEI. 2. Mystera divina. S. Trinitatis,  
Resurrectionis &c. evertit. 3. Exemplis divinæ scriptu-  
ræ contrarium est, 2. Prætextum deniq; præbet incredu-  
litati: Id sane asseverandum non est. Talis autem sen-  
tentia est eorum, qui de contradictione in Theologicis

ex

ex ratione censent statuendum, uti fusè explicatum. Ergò.  
72. Contra quæ obvertuntur haud magni sunt pretij.  
Quamvis enim Naturæ veritas à Deo sit constituta, &  
suo quodam modo ex proprijs dijudicetur legibus: Si ta-  
men ad mysteria referatur divina, eisdemq; ἀντι Φασημῶσ  
videatur opponi. Rationi seu naturæ legibus judici-  
um illud permitti nec potest, nec debet; partim, quia  
ipsius naturæ leges & secreta nobis cœcutientibus, uti su-  
pra demonstratum, sunt ignota, εἰ δε τις ἀγνοῶν κέρει  
ἀδικοσ κέρσισ εἰσι inquit Aristoteles lib. 5. Nicom. c. 12:  
partim quia mysteria divina, tanquàm altera contradicti-  
onis pars, ex solis hauriuntur scripturis, in quibus cum præ-  
terea auctor Naturæ quid velit & possit manifestaverit,  
ipsi quoq; permittendum est, quid quantumq; Natura ve-  
lit oppositum. Rectè Scaliger: Quæ supra naturæ leges  
sunt, ex natura legibus judicanda non sunt, exercit.  
77. sect. 2. Nec debemus naturæ esse patroni, ut veritatis  
fiamus desertores.

73. At, inquit Sachsius, renata est ratio. Ergò judicare  
de contradictione illa potest. Respondeo per inversionem.  
Si enim renata est, εἰσ ὑπακοήν ἢ τῆς πίσεωσ ἀιχμαλωτι  
ζετασ, captiva ducitur ad obediendum fidei 2. Cor. 10. 5:  
id est, ex Dei verbo desumit, quid contradictorium verè sit  
habendum, non ex naturâ huic Φασημῶσ oppositâ, cum  
persuasum habeat fidem transgredi fines rationis humane  
naturæ usum, experientia terminos, juxta Bernhardum  
serm. 67.

74. Illud tamen (inquis) negari non potest: Leges Con-  
tradictionis depromi ex ipsa Philosophia; ex qua pro-  
inde & judicium de eadem in disciplinis reliquis, sacrosan-

F

Etâ

XXXII.  
An renata  
rationi.

Et à illa etiam erit hauriendum. Respondeo: aliud esse contradictionem ipsam, aliud contradictionis applicationem; Illam seu modum illius docet Catholica illa disciplina, quæ τὸ πρῶτον ἐστὶν Ἰστική Logica, de quo autem hoc loco non controvertitur: Hanc verò disciplina describit quælibet juxta rerum sibi subjectarum rationem. Cum ergò Natura naturalia, Physica Physica, Ethica Ethica, cur non etiam Deo divina, Theologia Theologica judicanda ac æstimanda concedimus. Πιστεύομεν τῇ Φύσει καὶ Φύσιν, τῇ τεχνῇ τὰ τεχνικά, καὶ τῷ Θεῷ καὶ Θεῶν τῇ Θεῶν δεῦν ἐστὶν ἀπειθῆσιν inquit Justinus de resur. mort. Desistamus ergò ab hoc judicio vel Scripturæ saltem illud submittamus, sufficient enim, rectè dixit Athanasius cont. Idol. sanctæ & divinitus inspiratæ Scripturæ ad veritatis judicationem.

XXVIII  
An rationis beneficium salus acquiri possit æterna?

75. III- Canon ita habet: Ratio ad Salutis consequendæ rationem non elevator. Cujus causa per se manifesta; salus enim nostra ex fide, quæ ex auditu solum est verbi revelati Rom. 10. in Christum dependet, uti passim Scripturæ testatur. Joh. 3. 16: Gal. 2. 16: Rom. 4. 5: & seq. Ubi & Abrahami exemplum regula omnium fidelium proponitur, de quo rectè cecinit Poeta:

Credidit & nuda fidei confessio sola  
Ad plenam ipsi justitiæ reputata coronam est.

76. Nec proinde ulli infidelium, quantum vis immaculatè viventi, salus extra Christum adscribi vel potest vel debet. Qua in sententia ὁμοψήφως planè habemus Calvinianos plerosq;. Ita enim Theodorus Beza in libro de Hæreticis à Magistratu puniendis Tom. I. p. 103 scribit: Quis ergò vobis vitam innocenter degere dicitur? Is nimirum, qui cum unum Deum credat & Christum

mundi

mundi Dominum ac judicem, omnibus prodesse studeat, ne-  
mini nocere. Ex his principiis consequitur, si Socrates, Ari-  
stides, Phocion, Fabricius, Cato, Atticus id credidissent,  
quod credunt Diaboli, aut Diaboli ita, ut illi viverent, vi-  
tam utrisq; eternam deberi. Atqui (respondet Beza)  
nos neq; in his, neq; in illis aut fidem aut vitam bonā  
reperire possumus. Nam quod ad fidem attinet, cum ea  
non sit nuda aut simplex cognitio Dei, sed firmus assensus,  
per quem fideles Christum sibi à patre oblatum amplectun-  
tur, fidem istam neq; Diaboli (quibus promissiones non of-  
feruntur) neq; Socrati & ceteris (quibus in cognitus fu-  
it Christus) neq; scelerata vitæ hominibus (in quibus Spiri-  
tus Dei non habitat) neq; falsis fratribus (quorum fides  
confictitia est & temporaria) tribuere possumus. Vitam  
autem bonam cum eam demum vocare didicerimus, quam  
Deus approbat: & sine fide fieri non possit, ut placeamus  
DEO: & ira Dei super eum maneat, qui filium non novit.  
(novit, inquam non ut Diaboli aut infideles, sed ut soli  
electi norunt, qui per Christum & justificantur & sancti-  
ficantur &c) Ex his conficitur, eos à quibus fides illa abest,  
nihil aliud coram DEO, quam peccare posse. Hæc Beza.  
Idem Polanus docet lib. 7. System. Theol. cap. 21. Tom  
2. p. 582. H, quando Ethnicos (indiscretè) finit apertos  
Religionis Christianæ hostes, qui modos salutem eternam  
consequendi extra Christum finxerint.

77 Ab hacce Orthodoxia deflexisse Zwinglium An Ethni-  
B. Lutherus graviter est conquestus Tom. 4. in Gen. ci rationis  
cap. 46. p. 179. 6: eò, quod in confess. ad regem Gallie luminesint  
Tom. 2. p. 559. fac b. scripserit, Numam Pompilium, He- salvati?  
torem, Scipionem, Herculem frui eterna beatitudine in  
F 2 Paradi-

Paradiso cum Petro & Paulo & aliis sanctis. Quod ni-  
hil aliud est (subjungit Lutherus ibidem) quam aperte fa-  
teri, quod sentiant, nullam esse fidem, nullum Christiani-  
smum. Si enim Scipio & Numa Pompilius, qui fuerunt  
idololatrae, salvati sunt, cur oportuit Christum pati & mo-  
ri, aut quorsum opus est baptisari Christianos aut doceri  
Christum? Adeo horribiliter ruunt neglecto & omisso ver-  
bo, nec quicquam sciunt de fide, sed illud ipsum statuunt &  
docent: Homo faciens, quod in se est (rationis puta viri-  
bus) salvatur.

XXXV  
Quid heic  
nostri Be-  
rolinenses?

78. Quem eundem errorem Neo-Zwinglianis Pseu-  
do-reformatis ex hocce Patriarcha suo cum nostri Theolo-  
gi nuperrimè obiecissent, tantum abest, ut cum B. Luthero  
eum dānarint, ut potius novis cerussis eundem cum Tiguri-  
nis, Lavatero, Tossano, Gualthero (è cujus flosculis pro defen-  
sione Zwinglij hi sunt egregij, quod sententia Zwinglij  
de salute gentilium, neq; impia neq; reijcienda sit: Quod  
prater verbum Dei scriptum dentur rationes ac suggestio-  
nes, tam externa, quam interna, quibus gentiles salvari  
potuerint, &c.) Bullingero, & aliis hujus farina pingere,  
excusare & defendere nitantur, adeo ut in colloq. 2. Be-  
rolin. P. 108. audacter scriptitent: Zwinglius ist gnug-  
sam salviret.

XXXVI  
Quid Pelar-  
gus Apo-  
stata Mar-  
chicus?  
79 Damnaverat hanc impietatem nobis cum etiam Cla-  
rissimus & Celeberrimus Theologus D. Christo-  
phorus Pelargus, anno 609. in compendio suo Theo-  
logico loc. de justificatione p. 195. seq. ubi insuper  
σὸ φὸν φάγουαν Apologia Gualtheriana diluit. absurdo  
consequente, quod generali illa notitia omnes prorsus  
gentes oportuerit salvatas esse 2. Voce Apostolica  
Rom.

Rom 3.22: quod iusticia Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt &c. 3. Voce Christi Joh. 3. 18.36: Qui non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. 4. domestico Calvinianorum testimonio, Oecolampadij scilicet, qui pag. 58. in exegē. cap. 10. Jobi, erroneam hancce sententiam rejciat.

80. Sed sapientior scilicet factus anno superiori 1616. seu ex tepido planè frigidus, Apocal. 3. v. 16. in recognito seu depravato libello utilissimo p. 289. seq. hunc Zwinglij paganismum auctoritatibus Origenis, Clementis Alexandrini, Chrysostomi, Justini Martyris & ipsius etiam B. Lutheri excusare molitur; adeò septennij spatio fundamentorum suorum ex sacris depromptorum & errori isti oppositorum oblitus, ut ne verbulo quidem illorum meminerit, nedum responderit aliquid ad eorum evidentiam, nudà hominum auctoritate instar pontificij cujusdam nixus & contentus, quam tamen ipse p. 13. 14. librè hujus, Scriptaris voluit alligatam & subjectam, allegans illud Augustini: Nullius apud nos auctoritas canonicis libris æquatur. Cujus si memor fuisset baud nudas illas scripturae manifestissimè opposuisset; nisi forsàn & hæc particula quadam novi luminis sit reformatarum Ecclesiarum.

81. Caterum cum hacce questio satis superq; discussa sit à Rev. & Clarissimo Theologo Dn. D. Hoë in triumpho p. 433. seq. & ad crepitaculanauda Patrum à Pelar-go adductorum mense superiori eruditissimè & solide à Rev. & Clariss. Dn. D. Balduino sit responsum disp. publ., nihil heic adjicimus.

F 3

Ad

XXXVII  
An B. Lu-  
therus pa-  
ganismo  
Zvvinglia-  
no faveat?

82 Ad B. Lutherum quod provocare ausus fuerit, haud immeritò quis miretur. si ea obiter saltem legerit, quæ idem Lutherus noster impudentiæ Zvvinglianae, ipsius auctoritatem & consensum jactitanti, responderet Tom. 4. in Gen. cap. 47. p. 179. & 180. Hæc enim ipsius sunt verba: Valde perniciosus est error hic Zvvinglij, quem nos nequam probare aut tueri possumus & tamen audio Zvvinglium (& jam Pelargum Neozvvinglianum) allegare Commentarium meum in Genes. ubi dixi, aliquos de generatione Cainitica salvatos esse; Idq; etiam num doceo. (Ergone Lutherus haud procul abes ab opinione Zvvinglij & Gualtheri, uti accusaris à Pelargo p. 294?)

Dissensio

I.

83. Audi reliqua. Sed, addit Lutherus, non dico, quod salvati sint, ut Cainitæ aut Ægyptij, sed ut incorporati ac conjuncti Ecclesiæ piorum. Ubi jam vester Zvvinglius & Gualtherus ista habent. Et post pauca: Non igitur hoc adfirmo cum Zvvinglio Cainicam Ecclesiam aut Numam Pompilium & similes servatos & heredes regni cælerum, sed aliquot bonos viros & mulieres ex genere & familia Cain audivisse verbum & doctrinam patrum & ea fide pervenisse ad societatem regni cælestis cum Ecclesia patriarcharum. Quid Zvvinglius? Sperandum est tibi, inquit, visurum esse sanctorum, prudentum, fidelium, constantium, fortium, virtuosorum, omnium, quicumq; à condito mundo fuerunt sodalitatem cætam & contubernium.

III.

84. Item pag. 180: Non excludo quidem gentes, sed dico, eas nulla alia ratione servari, quam per verbum



bum Christi. *Quid Zwinglius & patroni ejus?* Per Dei  
verbum, inquit Gualtherus in Apolog. pro Zwingl.  
Tom. 1. c. 4. *Apud Esaiam, non Mosaicam modò legem  
aut Prophetarum scripta, sed omnem illam methodum,  
omnes suggestiones tam externas quàm internas in-  
telligi, quibus homines in Dei cognitionem pertrahi pos-  
sunt. Entibi egregium Zwinglij cum Luthero consen-  
sum, qualis scilicet inter tenebras & lucem, veritatem &  
mendacium.*

85 *Rectè ergò concludit B. Lutherus: Miram audaci-  
am & impudentiam esse Zwinglianorum ( & ita Pelargi  
olim nostri, jam Zwingliani ) quod talia docere & sua  
autoritate atq; exemplo abuti audeant. Non enim  
( denuo inculcat ) aliud docui, nec sensi unquam, quàm  
quod ex Psalmo 105. in hac historia aliquoties repetivi,  
principes Ægypti eruditos esse à Joseph, qui cum ef-  
sent gentiles, nequaquam salvati sunt suis impijs sa-  
crificijs, sed sapientiam & veram DEI agnitionem  
hauserunt ex concionibus Joseph. Et tantum etiam  
de tertio canone.*

86 IV. *Et postremus ita habet: Ministerium rationis XXXVIII  
in sacris sit humile & obsequiosum. Ministerium ali- Quale mi-  
quod seu usum rationis humanae in sacris necessario conce- nisterium  
dendum esse, indubitatis argumētis ante est evictum: rationis in  
jam quale illud fuerit porro dispiciendum erit. sacris?*

87 *Determinamus id I. humilitate, quæ autem sit I. XXXIX  
non affectata, qualis Calvinianorum est, qui rati- Qualis hu-  
onis humana miram jactitant submissionem in militas ra-  
rebus fidei. Primum id, quod credi volumus, inquit tionis re-  
Martyr quiritur in  
verbo Dei?*

Martyr 2. clas. loc. com. cap. 1. §. 25, ostendi debet ex  
sacris literis, deinde, si id assequi non possumus, fide nite-  
mur, rationem seponemus. Item, si quis obijciatur scrupu-  
lus de fidei dogmatis, rem in Deum refero, & dico: Ipse no-  
vit & potest in L. C. p. 12. Quæ verba Fabronius in  
Concordia p. 141. repetit, & qua th. 46. 47: plura habentur:  
re tamen ipsa supra Scriptura vocem efferunt, ejusdem  
mysteria immensa hujus decem pedà mensurantes, uti  
th. 48. 49 monstratum.

88. 2. Sed grata erga Deum, agnoscens se hujus habere,  
benignitate, quicquid habet, sine cujus superna luce sua in  
divinis mysteriis peregrinatio miserabilis quædam sit, erratio  
uti Scaliger de humanis disciplinis piè admodum censet, ex-  
erc. 359. sect. 1. Et proinde, si quid peculiare à Deo traditur,  
id cum gratiarum actione accipiat, reliqua in occulto sint. De  
o soli summo & præpotenti exposita et aperta, uti monet L. u.  
Vives lib. 1. de verit. fidei p. 297. Tom 2. Hæc enim vera  
est humilitas, quæ cognitione sui sibi metipso vilescit, juxta  
Bernhard. de 12. gra. humil.

X. L. 89. III. Conformis DEO ejusque verbo; humilitas  
Qualis ratio enim summa in eo consistit, si voluntas nostra per omnia  
tionis Caldivina voluntati fuerit subiecta, iterum ait Bernh de  
viniana in subst. nost vol. Blasphema ergo & Scriptura rationique  
sacris hu- pia contraria vox est Petri Martyris Dial. p. 6. Bullin-  
militas? geri & Tigurinorum in responsione de test. Brentij  
fol. 94. Bezæ, Musculi, Faij, Hubneri in thesib9 colloq.  
Mompelg. p. 33: Deum omni sua potètia efficere non posse,  
ut Christi corpus simul & semel, uno eodèq; tempore in plu-  
rib9 locis essetialiter præsens sit, aut, ut alibi nunc sit, quam  
in

in caelis. *Que non humilitas sed extrema est superbia,*  
*us in cœlum ponens & Creatori suo, revelata voluntate id*  
*manifestanti, obloquens.*

90. *Ex vera ergo hacce & voluntati divina con-*  
*formi Humilitate II. Rationis in sacrarum rerum tracta-*  
*tione ~~ωεγο~~ ~~νεμει~~ ~~ου~~ fluit, Obsequium scilicet promptum*  
*(inobedientia enim morbus ex superbia tumore procedit*  
*uxta Hugon. in 12. abusionibus) ut cum Anselmo in*  
*Epist. de fid. ad Urban. Pap. c. 2. fateatur: Si possum*  
*intelligere, DEO gratias agam; sin minus, non immit-*  
*tam cornua ad ventilandum sed submittam caput ad ve-*  
*nerandum.*

91. *Hoc modesto obsequio in controversia Eucha-*  
*ristica usus est, B. Lutherus, quando in brevi confess.*  
*Tom. 8. Jenens. Germ. pag. 198. a. scribit: Ich wil nit*  
*zu Erst meine Vernunft Rath fragen / wie sichs reime*  
*oder möglich sey / daß ich seinen Leib vñnd Blut münd-*  
*lich empfangen möge / vñnd darnach als ein Richter vber*  
*Gott seine Wort nach meinen dunckel deuten. Nein /*  
*so wil ich nicht schwermen. Er hats gesaget / da lasse*  
*ichs bey bleiben. Verführet Er mich / so bin ich selig-*  
*lich verführet. Er hat noch nie kein mahl gelogen / kan*  
*auch nicht liegen. Et Tom. 2. lat. pag. 278. a: Ego sa-*  
*ne, si non possum consequi, quomodo panis sit Corpus*  
*Christi, captivabo tamen intellectum meum in obsequium*  
*Christi, & verbis ejus simpliciter inherens Credam fir-*  
*miter, non modò corpus Christi esse in pane, sed panem*  
*esse Corpus Christi.*

92. *Qualis contra sit rigor & ambitio pertinax*  
*Calvinianorum, idem Lutherus monstrat Tom 4. in*  
*Gen. p. 57. in cap. 40: Sacramentarij bellissimè docent*  
*DEUM: Quomodo possit Corpus Christi in pane & vino*

G

esse

XL I.

Quale Ra-  
tionis Chri-  
stianæ in  
Sacrif-  
sequium?

XLII.  
Qualis  
pertinacia  
Rationis  
Calvinia-  
nae?

esse, cum ascenderit Christus in caelum, dum sic cogitant:  
Quia non possum ego comprehendere praesentiam  
Corporis & sanguinis in Cæna Dominica, ideo præ-  
scribam DEO rationem, qua possit adesse. Sic scili-  
cet in ordinem & disciplinam suam eum redigunt, volunt  
ei tribuere locum in caelo, nesciunt tamen quid aut ubi sit  
caelum. Quin potius, (subjungit verò) oculos claudis  
& aures & audis verbum, & audito eo acquiescis. Sicut  
dicitur Psal. 37. Subditus esto DEO & formare ei, non  
formes eum, So gehets recht hinauß. Hæc Lutherus.  
Cui monitioni si pars adversa locum daret, minus errorum  
& controversiarum, & plus Concordiæ esset & veritatis.

In qua, ut nos sanctifices CHRISTE JESU:  
verbum enim tuum est veritas, sup-  
plices rogamus.

F I N I S.



02 H 1249

**ULB Halle** 3  
003 107 06X



del





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

M. A.

THEOLOGICA

mate:

QVVIS

RATIO

NÆ INMY,

S SEU FIDEI

ULIS,

*à Calvinianis hæc-*  
*ducto,*

IOLA HALENSI

PROPOSITA,

DE

DO EVENIO

ORE,

*tibus*

ANDO A-MARCHICO.

ARIO, HAL. SAX.

*de fidei fol. 299.*

*εγαλαυχίας έχονδ'πόδειξιν έφω-*  
*πρέποντ'η θεία γνώσει.*

*fit, aut, quod jactantia osten-*  
*imus imaginati, sed potius id*  
*i divine congruit.*

*is ante & pomeridianis,*

*is Ioachimi Krusicken. An. 1617.*